

amorem, est mater otium honorum. Sed si loquamur de scientia, & amore, non, ut se inuicem includunt, sed ut à se inuicem distinguntur, tunc quicquid sit de scientia, & amore quantum ad inferiora, sive quantum ad tertena, tamen quantum ad superiora, & potissimum quantum ad diuinam, longè amor præminet scientiæ, quia res sunt scitæ, ut sunt in scientiæ: sed sunt amatae, ut sunt in seipso. Scientia facit scitum esse in scientiæ, vel per essentiam, vel per similitudinem, iuxta illud Philosophi in 3. de anima, oportet in anima esse vel res, vel earum species, sed amor facit amatum esse in amante, ut vult Dionysii. 4. de diuin. nomin. Cum ergo superiora nobiliori modo sint in seipso, quam in ipso scientiæ, amor superiorum, & potissimum diuinorum præminet scientiæ. Seraphim ergo sunt supra Cherubim.

Quod autem dicebatur de Thronis, quod habent in ipsis Deum, & sunt propinqui Deo; Dicendum, quod illud habere Deum in seipso, & illa propinquitas circa Deum, excellentiori modo competit Cherubim, & Seraphim, quam Thronis.

Pro Resolutione Dub. III.

Vide Resolutione Articuli superioris. Addo vero: Ordinum distinctionem inchoatiæ esse à natura: Congruè ab excellentia maioris, & minoris gratiae, ac gloria: Completiæ tandem ab officiorum sibi commissorum excellentia nasci.

Didi, quod quærebatur de causa, & ratione istorum ordinum: Verum distinctio eorum sit a gratia, vel à natura; Dicendum, quod ordines Angelorum sunt partes alicuius Hierarchiæ, vel alicuius Principatus: Hoc ergo modo loquimur de distinctione ordinum, sicut loquimur de distinctione graduum secundum aliquem Principatum, Omnis autem Principatus ordinatur ad aliquam actionem, & ad aliquem finem, secundum alias perfectiones, vel secundum aliqua dona. quælibet enim perfectio, sive sit naturalis, sive sit gratis data, sive gratum faciens, posset dici quoddam donum, quia nihil habemus secundum sententiam Apostoli, quod non acceperimus. Principatus ergo Angelorum, vel possunt accipi secundum actiones naturales, & secundum hunc finem, qui est tendere in Deum secundum facultates naturæ; & sic, ut communiter ponitur, in Angelis sunt ordines, & distinctiones, & gradus, secundum dona naturalia eis concessa, vel secundum naturas eis dataas, quas si bene cognosceremus, & sciremus: sciremus ibi assignare gradus, & ordines, sicut scimus in ipsis inferioribus, vel in ipsis corporalibus, ubi possumus assignare multos gradus, secun-

*Act. 2. c. 18.
Sed res, ut
lips, nō est
in anima ex
species.*

A dum quendam ordinem se habentes ad inuicem, sicut sunt elementa, admixta, mixta, vegetativa, sensitiva, secundum locum motu, & intellectiva, & ea, quæ sunt de quieta essentia, sicut celestia. Vocamus enim admixta, per quæ sunt impressiones in alto, sicut sunt nubes, & talia, quæ non sunt simpliciter mixta. Si ergo benè sciremus naturas angelicas, videbemus multos gradus, & multos ordines ibi esse, secundum quos gradus, & ordines iuxta facultatem sive naturam ordinatè possent tendere in suas actiones, & in suum finem.

B Alio modo possunt accipi ordines, & gradus in Angelis, prout tendunt in Deum tanquam in obiectum beatitudinis supernaturale, quod fit per gratiam gratum facientem, & potissimum, prout huiusmodi gratia est consummata, & est idem cum gloria: & sic quia gratia non tollit naturam, oportet secundum utrumque esse huiusmodi ordines in Angelis. Possumus enim de huiusmodi Principatu loqui de Angelis quantum ad naturam, & gratiam, quod ait Philosophus. 2. Ethico. de Virtutibus in hominibus, quantum ad naturam, & consuetudinem. Querit enim ipse ibidem: Vtrum virtutes insint nobis à natura, vel non: & ait, quod neque natura, neque præter naturam sunt virtutes, sed innatum quidem nobis suscipere eas: perfici autem per assuetudinem. Virtutes ergo insint nobis à natura quantum ad aptitudinem, vel quantum ad dispositionem, vel insint nobis secundum naturam materialiter, & subiectivè, inquantum habemus naturam aptam, & dispositam ad suscipiendum virtutes, vel inquantum habemus naturam aptam, quæ potest subiungi ipsis virtutibus, vel potest perfici per eas, sicut perficitur materia per suas perfectiones: Consummatum tamen, & perfectum sunt in nobis virtutes secundum sententiam Philosophi per assuetudinem. Sic possumus dicere in Angelis, quod in eis sunt gradus, & ordines secundum æternam beatitudinem, sive secundum fruitionem æterni boni, quod fit per gratiam gratum facientem, quia non omnes æqualiter fruuntur: immo non sunt ibi duo, qui æqualiter fruuntur.

C Si ergo quæxatur de huiusmodi gradibus: Vtū sint à natura, vel à gratia, dicemus, quod inchoatiæ, & secundum aptitudinem, huiusmodi gradus sunt à natura. Nam eo ipso, quod Angelis sunt imago, & signaculum similitudinis Dei, possunt esse capaces Dei, & ad hoc sunt naturaliter facti, ut fruuntur Deo: perfectio tamen, & complementum est eis per gratiam, quia natura illorum quantumcunque sit nobilis, & alta, sibi derelicta, & non adiuta per gratiam, non posset in apertam visionem Dei, nec posset esse perfecte Beata. Illa ergo duo, quæ tangit Philosophus de natura, & assuetudine, possumus adaptare in Angelis quantum ad naturam, & gratiam. Possemus ibi & adaptare tertium, vide-

*Corporum
ordo*

*Admixta
qua.*

*cap. i. & sp. 2.
fin intoto
libro.*

Aegid. bē
titudinis in
Angelis.

videlicet secundum proportionem, & conatum, ut dicamus, q̄ huiusmodi & gradus beatitudinis, & fruitionis, sunt in Angelis secundum aptitudinem, & proportionē, & conatum a natura: secundum perfectionem, & consummationem a gratia. Dicimus autem secundum proportionem & conatum, quia qui meliora habuerunt naturalia maiori conatu ferebantur in gratiam, & sortiti sunt maiorem gratiam. quod in hominibus, nec de gratia, nec de virtutibus veritatem haber. Possunt enim esse duo virtuosi, & duo habentes gratiam: & tamen habens meliora naturalia minus habet de gratia, & nō habet ita perfectas virtutes, sicut alius, quia non tantum conatur ad habendum virtutes, & gratiam vnu, sicut alius.

Angelorum
gradus, & or-
dines ex of-
ficiis unde
sumuntur.

Tertio modo possunt accipi gradus, & ordines in Angelis secundum officia eis commissa respectu gubernationis mundi, & salutis electorum. Omnes enim Angeli aliquid cooperantur ad huiusmodi gubernationem, & salutem, vel quia vident in Deo leges, & rationes huiusmodi gubernationis, & salutis eas alijs reuelantes: vel q̄a imperant, vel agunt ad huiusmodi gubernationem, & salutem. Hi autem tres modi accipendi ordines, & gradus in Angelis secundum aliquem modum sibi inuicē correspondet, q̄a qui habent aliora officia respectu gubernationis mundi, hñt excellentiorem gloriam, & excellentiorem naturam. Sed licet omnibus his modis possint accipi gradus, & ordines in Angelis, & licet omnes isti modi aliqualiter sibi correlativeant: Potissimum tamen auctoritates Sacerdotum, & verba superius tacta de huiusmodi ordinibus, referenda sunt ad officia gubernationis mundi: vt illa tria se habeat per ordinem, videlicet excellentiorem naturam, quæ requiritur ad excellentiorem gloriam: & excellentiorem gloria, cui congruit commissio excellentioris officij, quæ officia commissa sunt quādam dona gratis collata Angelis.

Angelorum
officia quā-
bada.

Si ergo queratur de distinctione huiusmodi secundum diuersa officia gubernationis mundi, patet, q̄ inchoatiue, & secundum aptitudinem, quandam remotam, est talis distinctio secundum maiorem, & minorem excellentiā naturā: sed secundum congruitatem, & idoneitatem proximam, est secundum maiorem, & minorem excellentiam beatitudinis, & gloriae, & gratiae gratum facientis; sed consummatuē est secundū excellentiam officiorum commissorum circa gubernationem mundi, quæ possunt dici quādam dona gratis collata Angelis. Nam cum in huiusmodi gubernatione intendatur salus, & beatitudo electorum; illi, qui excellentiorem beatitudinem habent, circa hoc excellentius officium sunt sortiti.

R E S P. A D A R G. D V B. I I I.



D primum dicendum, q̄ illuminare, & illuminari licet competit Angelis consummatuē per gratiā; inchoatiue tamen secundum quādam aptitudinem competit eis per naturam, quia illi, qui habent excellentiora naturalia, habent ex hoc apti-

tudinem ad excellentiorem gratiam.

Aduertendū tamen, q̄ hæc aptitudo est solū materialis, non autem est illa, quæ quasi est eiusdem rationis cum forma: & quæ magis, & magis facta sufficienter habilitat, vel etiam necessitat rem ad suceptionem formæ, quia nunquam posset esse ita nobilis natura creata, quæ sibi dñe licita, secundum se deberetur sibi gratia, quia tūc illa gratia non esset gratia, sed natura.

Aduertendum etiam, q̄ cum dicimus, q̄ excellētior natura dicit aptitudinē ad excellētiorem gloriam: & ambo hęc, excellētior natura, & gloria, habent congruitatem ad commissionē excellētioris officij, secundū quam excellētiā sit distinctio ordinum: non sic intelligendum est, q̄ quālibet excellētia naturae, vel gloriae, requirat commissionē excellētioris officij, nec, q̄ quālibet talis excellētia constituat alium, & alium ordinem in Angelis, quia tunc non essent nouem ordines tantū, sed essent tot ordines, quot essent Angeli, q̄a non sunt duo & Angeli æquales in naturalibus, & per consequens nec æquales in gloria: sed sicut videmus in istis sensibilibus, q̄ sensituum est quid nobilis, quām vegetatiuum: non tamen quālibet nobilitas super quocunque vegetatiuum constituit rem in ordinem sensituum, sed pōt esse vnu vegetatiuum nobilis alio. Sic non quālibet excellētia naturae, vel gloriae: ponit Angelum in alio ordine, vel constituit ipsum in executione alterius officij: sed in vno, & eodem ordine, & in executione vnius, & eiusdē officij est vnu Angelus nobilior alio in natura, & excellētior in gloria: vt in hoc officio, quod est imperare agēda, quod competit Dominatio-ribus, sunt quidam Angeli excellētiores alii.

Aduertendum etiam, quod licet nō quālibet excellētia naturae, vel gloriae constituat Angelū in alio ordine, vel in executione alterius officij: quālibet tamen huiusmodi excellētia, vel constituit Angelum in alio ordine, vel etiam in alia Hierarchia: vel si non sit tanta talis excellētia, q̄ constituit Angelum in alia Hierarchia, vel in alio ordine, saltem constituit ipsum in excellētiōi executione officij secundum illum ordinē. Nam, & si omnibus Dominationibus competit hoc officium, quod est imperare, quæ sunt agentia ad gubernationem mundi: qui tamen sunt superiores in illo ordine, hoc eis iniunctum officiū excellētiōi exequuntur: sicut & si omnes Sacerdotes in ecclesiastica Hierarchia constituunt vnu ordinem: in executione tamen officij secundum illum ordinem, quidam sunt prudentiores, & excellētiōres alii.

Ad secundū dicendū, q̄ quālibet ordo est qđ deiforme, non solū fm gratiam, sed ēt fm naturā. Nam consummatio deiformitatis per gratiam, pr̄supponit inchoatiōe deiformitatis fm imaginē, quod competit Angelis secundū naturam.

Ad tertium dicendum, quod Magister in littera in distinendo ordinem Angelorum, vtrāque conuenientiam tangit, videlicet in munere gratiae, & in participatione naturalium datorum,

Aegid. super iij. Sent. Ss Ad

* Angeli
duo æqua-
les esse non
possunt in
naturalibus,
neq; in glo-
ria. Idz in-
fra equanti
artic.

Ad argumenta autem in contrarium dicendum, quod ad distinctionem ordinum requiritur distinctio naturae: cōsummatur tamen distinctio in datione gratiae, & potissimum in commissione officiorum gubernationis mundi, quæ modo, quo diximus, quædam dona gratiæ dici possunt.

Q V A E S T. III.

De Angelorum restoratione.

LTIMO queritur de tertio principali, videlicet de restauratione Angelorum fienda per homines: utrum homines assumantur ad ordines Angelorum, vel faciant per se decimum ordinem.

ARTIC. I.

*An Homines ad ordines Angelorum assumantur.**Conclusio est affirmativa.*

D. Th. i. p. q. 108. art. 7. Et 2. sct. 2. senten. d. 9. art. 8.
D. Bon. d. 9. art. q. 5. Ric. d. 9. q. 7. Biel. d. 9. q. 1.
Dur. d. 9. q. 2. Tho. Arg. d. 9. q. 1. art. 2.
Bart. i. Syb. Dec. e. 10. q. 1.

ET videtur, quod non. Nam cum nostra cognitio incipiat a sensu, nihil debemus iudicare, nisi secundum ea, quæ videmus in sensibilibus: sed quæ sunt in uno ordine sensibilium, nunquam assumuntur ad alium ordinem, ut vegetabilia manentia talia non possunt esse sensibilia, homines ergo manentes homines, non poterunt assumi ad ordines Angelorum.

Præterea plus differt homo ab Angelo, quam Angelus ab Angelo, sed Angelus, qui est natura inferior alio, nunquam obtinebit illum gradum in gratia, quem habet Angelus superior. sed homines natura sunt inferiores omnibus Angelis, ergo nunquam æquabuntur in gratia alicui Angelo, facient ergo homines in gloria per se suum ordinem.

Præterea homo significatus est per decimam draginam perditam, quod non esset, nisi faceret decimum ordinem.

Præterea: si competeret hominibus assumi ad ordines Angelorum, competeret eis exercere officia, secundum illos ordines, animæ ergo beatæ deputarentur ad custodiæ hominum, vel ad faciendum miracula, vel ad alia officia commissa Angelis,

Quæst. III.

A IN CONTRARIUM est Grego. & habetur in littera, qui ait, homines assumendos esse in ordine Angelorum, quorum, ut ait, alij assumentur in ordine superiorum; alij in ordine inferiorum.

Præterea Matth. 22. dicitur: Erunt homines in resurrectione, sicut Angeli in celo. Mat. 22. Luca 20.

Dub. I. Lateralis.

An ordines Angelorum post iudicium sint remansuri.

Conclusio est affirmativa.

D. Th. i. p. q. 108. art. 7. D. Bon. d. 9. q. 6. Alber. de Hierarch. q. 7. art. 32. Biel. d. 9. q. 1.
Brul. dist. 9. quæstio. 6.

VLTERRIVS autem dubitatur de evacuatione huiusmodi ordinū. Et videtur, quod post diem iudicij non remanebunt huiusmodi ordines, quia super illo verbo 1. ad Corint. Deinde finis cū tradiderit regnum Deo, & Patri, cum euacauerit omnē principatū, vult Glo. quod quandiu durat mundus, Angeli Angelis, homines hominibus, & Dæmones dæmonibus præsunt. Post diem ergo iudicij omnia talia euacabantur. 1. Corin. 11.

C Præterea Apostolus speciale mentionem facit ibi de evacuatione ordinum, cum ait: Cū euacauerit omnem Principatum, & Potestatem, & virtutem, quæ omnia, ut patuit, sunt nomina ordinum. 1. Corin. 11.

Præterea, cessante fine, cessant ea, quæ sunt ad finem: sed huiusmodi ordines Angelorum constituti sunt propriez gubernationem mundi, & salutem electorum: Quando ergo iam salvi facti erunt electi, tollentur omnia huiusmodi officia ordinata ad huiusmodi finem.

Præterea secundum Dio. 3. de diui. no. In hoc stat ordo. Hierarchia, quodam quidem purgari, quodam vero purgare: quodam illuminari, quodam vero illuminare. sed post diem iudicij unus non illuminabit alium, ergo non remanebit ordo Hierarchiatum, sed si euacabitur ordo Hierarchiarum, euacuantur ipsi ordines, qui sunt partes Hierarchia, ergo &c.

IN CONTRARIUM est, quia semper inter Angelos remanebit secundum sub, & supra distinctionem naturæ, & gloriæ, quia semper aliqui habebunt excellentiorem naturam, & gloriam: aliqui autem minus excellentem, semper ergo erunt ibi gradus, quia semper aliqui erunt superiores, aliqui inferiores, & per consequens semper erunt ibi ordines.

Præterea, ut patet, homines assumentur ad ordines Angelorum, ergo &c.

Dub.

Dub. II. Lateralis.

*An inter Dæmones sint ordines.
Conclusio est affirmativa.*

Aegid.d. 6. q. 2. art. 3. D. Th. 1. p. q. 109. art. 1. Et 2. sent. d. 6. art. 4. Alex. de Ales 2. p. q. 3. Alber. de Dæm. questio. 10. art. 17.



Tomo 5.
Cap. 12.
Ordo quid.

LITERATVS autem dubitatur de ordinibus quantum ad Dæmones. Vtrū inter eos sint ordines. Et videtur, quod non. quia ut dicitur. 19. de Ciui. Dei, ordo est parium, dispariumq; terum, sua cuique loca tribuēs dispositio. sed quacunque parte diffinitionis dēpta, tollitur diffinitum. Cum ergo in diffinitione ordinum ponantur paria, & disparity; si inter Dæmones essent ordines, oportet inter Dæmones aliquos esse pares, aliquos dispare, sed nulli sunt ibi pares, quia huiusmodi æqualitas non esset in gratia, cum ea careant, ergo vel esset in natura, vel in culpa, non in natura, quia cum quilibet constitutus suam speciem, non sunt ibi duo Dæmones æquales in naturalibus, nec in culpa. quia sicut boni, qui habuerunt meliora naturalia, maiori conatu ferebantur in gratiam, sic & mali maioti conatu ferebantur in culpm, ergo &c.

Præterea si ordo est dispositio sua loca tribuēs vnicuique, ergo ad unum, & eundem locum nō possunt pertinere diuersi ordines, sed in hoc aere caliginoso ubi sunt Dæmones, per quos impugnatur, ponuntur esse Principes, & Potestates, iuxta illud ad Epheleos: Non est nobis colluctatio &c. Omnia ergo talia numerata cum tribuantur vni loco, non constituent diuersos ordines.

Præterea Iob 10. dicitur de terra tenebrosa, siue de infetno, quia ibi nullus ordo, ergo &c.

IN CONTRARIUM est quia inter bonos Angelos sunt ordines ad hoc, q; magis ordinatè possint iuuare electos. & quia sicut honi desiderant iuuare, sic mali desiderant impugnare. ergo & mali Angeli scipios ordinat; vt fortius impugnant.

Dub. III. Lateralis.

*An inter Dæmones sit prælacio.
Conclusio est affirmativa.*

Aegid. d. 6. q. 2. art. 3. D. Th. 1. p. q. 109. art. 2. Et q. 63. art. 6. Itē 2. sent. scr. 2. d. 6. art. 4. Nic. de Nise tracta. 2. p. 2. de Hierarchia q. 1. Dur d. 6. q. 3. Voril. d. 9. q. 2.

LITERATVS autem dubitatur de prælatione Dæmonum. Et videtur, q; inter eos non sit prælacio. Nam ratio, quare inter Angelos est principatus, & p̄latio, & quare unus p̄est alij est, quia unus illuminat alij, purgat, & per-

Vide supra
46.

Aficit, ut patet per Dio. de angelica Hierarchia: sed ista inter Dæmones saluare non possumus, ergo &c.

Prætereditur Proverb. Inter superbos semper sunt iurgia, sed ubi sunt iurgia, non est obedientia, ergo nec prælacio.

Præterea secundum Aug. 19. de Ciui. Dei Prima causa seruitutis peccatum est. Si ergo inter Dæmones esset prælacio, vel seruitus, tunc vel qui magis peccauerunt, præsulenti alijs, & tunc ex sua culpa reportarent commodum, & excellentiam: vel qui minus peccauerunt, præsulenti, & tunc habentes ignobiliora naturalia præferentur superioribus, quorum utrumque est inconveniens.

Præterea secundum Aug. 19. de Ciui. Dei ubi de seruitute tractat air: Humilitas p̄dest seruitibus, sicut superbia nocet dominantibus. Si ergo Dæmones sibi inuicem obedirent, cum hoc sit humilitatis, tunc hoc eis proficeret, & mererentur.

IN CONTRARIUM est, qd dī Iob 41. de Luciferō, quod ipse est Rex sup omnes filios superbiae, sed potissime filij superbiae sunt Dæmones, ergo &c.

Præterea 1. ad Corint. super illo verbo: Cum euacuanerit, dicit Glo. q; cum durat mūdus, Angeli Angelis, Dæmones Dæmonibus, & homines hominibus p̄funt.

Resolutio Artic. I.

Homines non solum Virgines, aut perfecti, sed omnes ad omnes ordines assumentur.

ES PONDERO dicendum ad questionem primam, q; de hoc fuerunt diuersi modi dicendi. Quidam enim considerantes naturam Angelorū, & vidētes intellectum nostrum esse quasi materiam primam in genere intelligibiliū, & tenere insimum gradum in ordine substantiarum separatarum, dixerunt, q; nunquam homines assumentur ad ordines Angelorum, sed semper erūt infra Angelos, vt videtur sentire Eustatius Cōmen. Græcus super 6. Ethic

Sed hoc repugnat dictis Euangelij dicentis, q; homines erunt sicut Angelii Dei in celis: & dictis Sanctorum, quia ut Greg. ait, & habetur in littera: Homines assumuntur ad ordines Angelorū, quorum alij assumuntur in ordine superiorum, qui scilicet magis ardent charitate, alij in ordine inferiorum. qui scilicet minus perfecti sunt, est etiam hæc positio contra veritatem. Vult enī q; nullus in tantum possit esse perfectus, q; attingere possit ad æqualitatem Angelorum, cum de Beata Virgine cantet Ecclesia, q; nō solū ad æqualitatem Angelorum, sed super eorum choris sit exaltata.

Ideo dixerunt alij, quod homines assumuntur ad ordines Angelorum, vt Sancti communiter teneant: tamen, vt aiunt, ad hoc, vt saluetur dictum Euangelij de 10. dragma, oportet aliquos ad nullos ordines Angelorū assumiri, sed cōstituere de-

Aegid. super ij. Sent. Si 2 cimum.

Proverb.
Cap. 10.

Tomo 9.
Cap. 15.

Tomo 9.
Cap. 15.

Iob 41.

1. Corin.

Eustatius op̄io
nico.

Matt. 22.
Luc. 29.

cimum ordinem secundum, q̄ figurati sunt homines per decimam dragmam.

Circa quod est triplex modus dicendi. Nam quidam dixerunt, quod quia Angelis est cognata virginitas, soli Virgines assumuntur ad ordinem Angelorum: reliqui vero decimum facient ordinem infra Angelos. sed istud stare non potest, ut communiter improbat, quia Petrus, & Magdalena, qui non fuerunt Virgines, essent sub alijs, & minoris meriti.

Propter quod dixerunt alij, quod soli perfecti assumunt ad huiusmodi ordines. Sed nec istud stare potest, quia cum pauci sint perfecti respetu imperfectorum, valde pauci essent, qui assumerentur ad huiusmodi ordines. Cum ergo Euā gelū de hominibus electis absolute dicat, quod erunt sicut Angeli Dei in celis: & cum Sancti communiter ponant homines electos sic assumēdos esse, propter valde paucos assumendos Scriptura sacra, & Sancti hoc non sic absolute protulissent.

Propter hoc est tertius dicendi modus, innitens illi fundamento, quod aliqui homines faciēt 10. ordinem iuxta parabolam 10. dragmæ, dicūt tñ, q̄ sicut valde pauci sunt illi, qui sunt, vel erūt supra omnes ordines Angelorū, sicut Beata Virgo: vel aliqui valde excellentes, sicut valde pauci erunt illi, qui erunt infra omnes ordines, & illi constituent decimum ordinem.

Sed isti volendo saluare parabolam de decima dragma, destruunt illam parabolam. Nam si sunt aliqui valde pauci infra ordines omnes, & aliqui valde pauci supra omnes, sicut illi infra omnes constituant decimum ordinem ita & illi supra constituent vndecimum. Saluant ergo parabolam de vndecima dragma, quæ non est in Euā gelio posita, non de decima.

Sciendum est ergo, quod unius capituli est vnu corpus. Cum ergo Christus sit caput Angelorum, & hominum, ideo tam homines, quam Angeli non facient nisi unam societatem, & unum corpus. Vnde Apostolus ad Coloss. 2. ait q̄ Christus est caput omnis Principatus, & Potestatis, vbi

Glossa ait, q̄ Christus est caput non solum hominum, sed etiam principatus, & potestatis angelicæ, i. Angelorum. Cōtuetudo est enim Scripturæ sacræ, q̄ quando loquitur de ordinibus Angelorum, causa breuitatis nominat ordines aliquos intelligens per illos oēs ordines. Omnium enim hominum, & omnium Angelorum, Christus est caput, ideo omnes homines, & omnes Angelii unam societatem constituunt. ideo Aug. 12. de Ciui. Dei, circa principium ait, q̄ hominum, & Angelorum non societas quatuor erunt, sed potius duæ ciuitates, vel societas: una ī bonis: altera in malis, non solum Angelis, sed etiā hominibus constitutæ. Duæ ergo erūt ibi ciuitates, & societas constitutæ, secundum August., una ex Angelis, & hominibus bonis: alia ex malis, non ergo homines facient per se aliquem ordinem, sed commixti Angelis, & unam societatem facientes, cum eis assumētur ad eorum ordines;

*Mat. 22.
Luc. 10.*

Luc. 15.

Coloss. 1.

*Declaratio
diutorum.*

Tome 5.

Quæst. III.

A aliqui ad superiores, aliqui ad inferiores, ut magis, vel minus ardebunt charitate,

Propter argumenta tamen sciendum, quod, ut supra tetigimus ordines, Angelorum tripliciter sumi possunt, vel secundum dona naturalia, vel secundum gratiam gratum facientem, & secundum gloriam: vel secundum officia eis commissa, q̄ tria licet in bonis Angelis sc̄e cōcomitantur, quia habentes meliora naturalia, fortui sunt excellentiorem gratiam, & gloriam, & non sunt commissa excellentiora officia nisi habentibus virtutem; in hominibus tamen non sic est, nec quantum ad naturalia respectu gratiae, & gloriae; nec quantum ad officia respectu virtutisque. Nam si volumus loqui de natura speciei, secundum, quod excellentiora in specie habent excellentiorem naturam, vel excellentiora naturalia: sic cum omnes homines sint eiusdem speciei, inter eos talis excellentia esse non potest. si vero de excellentia naturalium loquimur, quantum ad naturam individui, sic non semper habentes excellentiora naturalia excellentiori modo conantur, nec excellentiorem adipiscuntur gratiam, vel gloriam, ut non semper in hominibus sc̄e concomitantur excellentiora naturalia, & excellentiæ gratia, vel gloria: nec secundum haec duo in hominibus, vel in animabus hominum sumuntur illa officia, secundū quæ accipiuntur ordines Angelorum, quia nunc animabus beatis non committuntur illa officia, quod custodiant homines, vel quod faciant illa officia, q̄ nunc faciunt Angeli, nec post diem iudicii, refumptis corporibus, habebunt homines talia officia, quia post illum diem nec ipsa officia remanebunt. Solum ergo ratione gratiae consumata, seu ratione glorie, dicentur homines assumi ad ordines Angelorum. Nam illi, quibus Deus conferet tantam gloriam, quantum habet Seraphin, dicentur assumi ad illum ordinem: & qui quantam Cherubin, ad illum ordinem, & sic de sequentibus alijs ordinibus, ut semper sint homines Angelis sociati, & non nisi nouem ordines constituant, ut similitudo Trinitatis in eis resulgeat distinctis per tres ternarios, non nisi nouem ordines statuerintur. Et quod dicunt de decima dragma amissa, ut ppter hoc arguatur decimus ordo hominum, pari ratione quia Lucæ 15. vbi homo figuratur per centesimā *Luc. 15.* ouem perditam, sicut & per decimam dragmam arguunt opposentes, q̄ ex hominibus fiet centesimus ordo. Volunt ergo sic ponentes solui sibi quasdam difficultates, ut quid sibi vult parabola de decima dragma, & centesima oue: & etiam quia aliqui erunt exaltati super omnes Angelorum choros, probabile est, q̄ & aliqui erūt infra omnes, quomodo ergo poterunt omnes ad nouē ordines pertinere? videtur ergo, quod facient 10. ordines.

Sciendum itaque, q̄ exempla ponimus; ut sentiat, qui discit: & parabolæ nobis proponuntur, ut instruamur p illas, tñ non propter hoc iuxta dictū Dio. *Mystica Theologia est argumentativa, & in-*

*Arist. t. 22.
Hinc Zimma-
ri monet
Alexandrum
dicente, ani-
mam ratio-
nalem mor-
talem, cui
opus est Ati-
storele, ne-
taphorice
interpretari.
et Arist. di-
cat intelle-
ctum inin-
tum, simpli-
& seors. sed
limitate sen-
tentia, nisi
ad magna
indigentia ex
Alex. & The-
matio in li-
de n. em. &
reminis-
tie.*

Tomo 3.
Cap. 28.

Gal. 4.

Apoc. 22.

Homo per
eum cente-
sum curfi-
guratus.

ta dictum Philosophi in 2. Poste, non contingit in metaphoris disputare, ut si mysticè, & metaphorice, Deus dicitur Sol: non poterimus argue te, si Sol est rotundus, quod Deus est rotundus, sufficit, quod aliqua similitudo sit inter Deum, & Solem, & si homo respectu Angelorum figuratus est per decimam dragmam, vel per centesimam ouem, non propter hoc poterimus arguere, q̄ electi constituent decimum, vel centesimum ordinē, sed sufficit aliquā similitudinem esse inter homines, & Angelos q̄ ad numerū decimū, & centesimū, considerari enim possunt homines, vel quantum ad supposita, vel quantum ad speciem. Primo modo possunt assimilari numero decimo. Secundo modo centesimo. Nam ex electis reparabitur ruina Angelorum, de quibus dicitur tot cecidisse, quod quasi sunt decimus ordo: non, q̄ si stetissent decimum ordinem, fecissent, quia si omnes stetissent, non propter hoc fuissent, nisi nouem ordines. sed quia de omnibus ordinibus dicuntur aliqui cecidisse, & tanta multitudine de his cecidit, quanta est quasi in uno nouem ordinum. Sicut ergo si Angeli cadentes stetissent, ad quemlibet ordinē aliqui de his pertinerent, nec propter hoc constituisserent decimum ordinem, sed dicti sunt decimus ordo ratione multitudinis cadentis, quasi vni nouem ordinum. sic & homines electi restaurantes ruinam illam, non faciunt decimum ordinem, sed ad omnes ordines aliqui ex eis assumuntur: dicuntur tamen electi decimus ordo, quia restaurabunt ruinam Angelorum malorum, qui modo, quo dicatum est, ordo decimus nuncupatur. Quot autem saluabuntur de hominibus: Vtrum quot ceciderint, vel quod remanserint, August. in Enchiridion aliquid asserit, & aliquid sub dubio relinquit. Nam quod non pauciores saluabuntur homines, quam ceciderint Angeli simpliciter asserit, sed quod non plures sub forte, & sub dubio tangit dicens, quod super Hierusalem mater nostra ciuitas Dei, nulla ciuitum suorum numerositate fraudabitur, id est non pauciores salvabuntur, quam ceciderint. Et subdit, quod nec uberiore etiam copia fortasse regnabit, quasi dicat, quod forte sub dubio est ponendum. Vtrum plures salvabuntur homines, quam ceciderint Angeli. Gregorius tamen, & habetur in littera, simpliciter ponitur, quod plures salvabuntur homines, quam ceciderint Angeli assertens, q̄ tot salvabuntur homines, quot remanserunt Angeli, qui ut communiter ponitur, sunt multo plures, quam ceciderint, cum dicatur quasi pars decima cecidisse. Quidquid tamen sit de numero salvandorum, quantum tamen ad supposita, figurati sunt homines per decimam dragmam, quia electi ex eis restaurabunt ruinam Angelicam, de quibus dicitur quasi pars decima cecidisse. sed quantum ad speciem figurati sunt per ouem centesimam, quia omnes electi, qui associebuntur Angelis remanentibus, & restaurabunt ruinam cadentium, non pertinebunt nisi ad unam, & eam speciem. Angeli tamen, siue cadentes, siue

A remanentes, siue utriusque, cum quilibet consti tuat suam speciem, multo plures species constituunt. Ideo ad hoc designandum dicti sunt homines: una, & Angeli nonaginta nouē, nō, quin longe plures sint species Angelorum, quam 99. non solum remanentium, sed etiam cadentium, sed cum sit Mysticus, & Metaphoricus numerus, sufficit secundum aliquam similitudinem, hoc esse dictum: vt sicut ille uumerus valde excedit unitatem, sic numerus specierum Angelorum, quae sint tot, quot sunt Angeli, valde excedunt homines, qui non nisi ad unam speciem pertinent.

B Quod autem dicebatur, quia sicut aliqui ex hominibus exaltabuntur supra omnes choros Angelorum, quod de Domina nostra Beata Virgine nullus det aliquiliter dubitare, q̄ sic alii erunt infra omnes ordines, vt ex hoc velint arguere non omnes homines ad nouem ordines pertinere, nullam difficultatem habet, quod dicitur. Nam si, excepto homine, non est dare nisi tres gradus in rebus animatis: vegetativum, sensitivum, & secundum locum motuum, dato, q̄ fieret aliquod animatum infra omnia animata, quae nunc sunt; nunquid illud animatum non pertineret nec ad vegetativum, nec ad sensitivum, nec ad secundum locum motuum. Ridiculū esset hoc ponere, constat enim, quod illud animatum vegetativum esset, sed teneret infimum locum inter ea. Nam inter ipsa vegetativa, sunt multi gradus. sic, & si fieret aliquod animatum infra hominem, & supra omnia alia animata, illud ad secundum locum motuum pertineret, sed teneret altiorem locum inter ea. quod non est inconveniens, cum & ibi sit dare multos gradus. sic & in proposito, de Christo quidem non loquimur, quia ipse est, & in aeternum erit caput omnium Beatorum tam hominum, quam Angelorum: omnes autem alii erunt membra eius, & pertinebunt ad aliquem ordinem. Virgo ergo Beata super omnes Angelorum choros est exaltata, & iuxta dictum Ansel. in de conceptu Virginali, tinet ea puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi, nec sequitur propter hoc, quod non pertineat ad aliquem ordinem. Est enim in ordine ipsorum Seraphin, quia tota est a charitate incensa, vt ex hoc Seraphin, id est amore incensa dici possit. Tamen in huiusmodi incedio charitatis tenet omnino supremum locum, vt nulla putat creatura ei aequetur, nec de cetero debeat sibi aequari, quia nec similem visa est, nec habere sequentiē. sic & si aliqui non tanti meriti, sicut sunt Angeli infimi, beatificabuntur, ad aliquem ordinem pertinebunt, quia erunt in ordine infimo Angelorum, sed tenebunt infimum gradus in illo ordine, quia & in illo, & in quolibet Angelorum ordine, sunt multi gradus. Nam in quolibet Angelorum ordine poterit esse aliqui electi, q̄ erunt super oēs illius ordinis: & aliqui erunt infra omnes. Non enim hoc rationi repugnat, quin possit sic esse: Vtrum autē sic erit, vel qualiter erit, ille nouit, qui omnia nouit. Diximus

Virgo quo
sup choros
Angelorum
sit exaltata.

C D Aegid. super ij. Sent. Si 3 autem

Maria Virgo cui serua phia.

Rem. 12.

autem de gloriofa Virgine Maria, & Seraphin dicitur potest, quia est nimio ardore charitatis incensa, ut & tota charitate ardeat. Si quis autem in honorem eius ad nullum ordinem eam pertinere dicat, quidquid potest in honorem eius dici, est cum omni reuerentia acceptandum: non tamen propter hoc fatendum est, eam non esse membra Christi, ut & hoc modo ad illa sanctam, & vnam ciuitatem pertineat, cuius est vnum caput Christus, singuli autem alter alterius membra, iuxta sententiam Pauli ad Romanos.

R E S P. A D A R G. A R T. I.



Homines angelis quo erunt equales.

D primum dicendum, quod homines afflumentur ad ordines Angelorum & erunt aequales Angelis, quantum ad gratiam, non quantum ad naturam. Numquam enim natura hominis aequalabitur naturae angelicæ, sed semper tenebit insimul gradum in ordine substantiatum separatatum. Cum ergo arguitur, quod vegetabilia manentia vegetabilia non sient sensibilia, non arguitur de aequalitate per gratiam, sed per naturam. Res enim inferior manens talis siue manens in eadem specie, non potest aequalari superiori, quantum ad naturam, potest autem quantum ad gratiam.

Ad secundum dicendum, quod Angelis collatafuit gratia secundum excellentiam naturæ, ideo secundum modum collationis gratiae factæ Angelis, non posset Angelus inferior aequali superiori Angelo in gratia, nisi aequalaretur & in natura. hoc autem non est in hominibus, ubi cum aequalitate naturæ stat inæqualitas gratiae.

Ad tertium patet solutio per iam dicta, quia ut patuit, potest homo significari per decimam dragmam, & per centesimam ouem, nec tamen propter hoc in illa cœlesti patria facient homines decimum ordinem, nec centesimum, sed erit vna societas Angelorum, & hominum diuisa in nouem ordines, ex Angelis, & hominibus constitutos.

Ad quartum dicendum, quod officia illa commissa Angelis non solum innittuntur gratiae, sed etiam naturæ. Nam naturæ est, ceteris partibus, quod natura superior præsit inferiori: & quia homines non aequalabuntur Angelis, quantum ad naturam; ideo animabus sanctis, & beatificatis, & aequalibus ad ordines Angelorum non communicant Angelorum officia quantum ad gubernationem, vniuersi, vel quantum ad salutem electorum; ut, quod custodiunt homines, vel quod aliqua annunciant illis, & quod illuminent eos, sed de Dei dispensatione speciali nihil prohibet talia fieri per animas Sanctorum, sicut ad beatam

Agatham, videlicet Aug. in lib. de cura agentia pro mortuis, & ut inuenimus in legendis Sanctorum, quod beatus Petrus missus fuit ad beatam Agatham.

Resolutio Dub. I.

Ordines Angelorum post iudicij diem quantum ad naturæ, gratiae, & gloriae excellentiam remanebunt, sed quantum ad officia cessabunt.



D id autem, quod queritur: Vtrum post diem iudicij remanebunt ordines Angelorum; Dicendum, quod, ut supra patuit, Angelorum ordines tripliciter sumi possunt. Primo ex differentia naturæ, quia secundum, quod aliqui habent excellentiora naturæ, sic constituunt excellentiorem ordinem. Secundo ex excellentia gratiae, vel gloriae, quia prout aliqui habent excellentiorem gratiam, vel gloriam, sic pertinent ad excellentiorem ordinem. Tertia ex differentia commissorum officiorum, quantum ad gubernationem mundi, & salutem electorum, quia, ut patuit, quantum ad hoc quilibet ordo habet suum officium proptimum.

Aduertendum tamen, quod ista triplex acceptio ordinum, secundum naturam, secundum gratiam, vel gloriam, & secundum commissa officia habet magnam latitudinem secundum quancunq; acceptiōnem. Nam sicut sanitas habet magnam latitudinem, quia non secundum quenquam recessum a sanitate dicitur homo infirmus: sed tunc infirmus dicitur, quando tantus est a sanitate recessus, quod non potest facere opera sani: sic non quilibet excellentia secundum commissum officium, nec quilibet excellentia naturæ, & gratiae, siue gloriae, ut hic de ordinibus loquimur, facit alium, & alium ordinem, quia secundum hunc modum, quot erunt Angeli, tot erunt ordines. Non enim sunt duo Angeli, qui omnino aequaliter se habeant, nec quantum ad commissum officium, nec quantum ad naturam, nec etiam quantum ad gratiam, siue ad gloriam. quoniā, & si multis Angelis competit idem officium, semper, qui sunt excellentiores in natura, illud officium excellentius exequuntur. Non ergo quilibet excellentia officij facit alium ordinem, sed quando est tanta excellentia, quod non solum excellentiori modo exequitur idem officium, sed etiam habet officium aliud excellentius sibi commissum, dicitur pertinere ad alium ordinem, sic etiam quando tanta est excellentia naturæ, vel gratiae, siue gloriae, quod dignum vel congruum est, ut sibi aliquid excellentius officium committatur, dicitur ille Angelus ad alium ordinem pertinere,

Cum ergo queritur: Vtrum post diem iudicij remanebit distinctio ordinum; si queritur de huiusmodi distinctione, quantum ad excellentiam naturæ, patet, quod sic, quia semper excellentiores in natura remanebunt in illa excellentia naturæ, in qua prius erant. Sic etiam, si queratur quantum ad excellentiam gratiae, & gloriae, semper remanebunt in huiusmodi excellentia, in qua sunt modo. Sed si queratur quantum ad commissa officia, cu[m] huiusmodi officia sumatur quantum ad gubernationem

Angeli duo aequales non sunt idem superiore atque subiectum.

Cor. 1. eis. nationem mundi, & ad salutem electorum, quæ ordinantur ad aliud, quia gubernatio mundi ordinatur ad salutem electorum, quoniā post diem iudicij non supererunt aliqui vterius saluandi. Ideo non exequentur Angelii vterius huiusmodi officia, & quantum ad hoc cessabunt, & evacuabuntur ordines Angelorum, vt prima ad Corinth. dicitur: Deinde finis cū tradiderit regnū Deo, & Patri, cum euacuaverit omnem principatum, &c. Cum ergo Christus tradet regnum Deo, & Patri, i. perducet fideles, vt fruantur Deo Patre, tunc erit finis; tunc cessabunt ordines Angelorum, tunc euacuabuntur principatus, potestates, & virtutes, i. Angelorum ordines, non quantum ad quæcunque, sed quantum ad commissa officia.

Aduerendum autem, quod officia Angelorum, quantum ad gubernationem mundi, & salutem electorum: consistunt in illuminatione, purgatione, & perfectione: prout superiores illuminant inferiores, & purgant, & perficiunt eos, dādo eis cognitionem, & scientiam de agendis, quā tum ad gubernationem mundi, & electorum salutem: huiusmodi ergo illuminatio potest considerari quadrupliciter, vel quantum ad factōrum nouorum, vel quantum ad conseruationē factōrum, vel quantum ad finem, vel quantum ad cognitionem, & scientiam Beatorum. Si ergo cōsiderētur officia Angelorum, vel illuminationes illæ, in quibus fundantur huiusmodi officia quā tum ad factōrem nouorum, patens est, quod nō remanebunt, quia de cætero non siet aliqua noua illuminatio de salute electorum, vel de gubernatione mundi secundum talēm salutem, quia tunc finem habebit illud negotium. omnes, n. saluandi erunt saluati. Sed si considerentur illa officia, vel huiusmodi illuminationes, quātum ad conseruationē factorum: dicunt aliqui, q̄ semper remanebunt talia officia, & semper superiores Angeli, quantum ad hoc habebunt actiones, & operationes suas in inferiores: non, quod nouas illuminationes in eos faciant, sed quia illuminationes factas conseruabunt. Imaginantur enim sic esse in angelis de illuminationibus, quātum ad cognitionem alicuius rei, sicut est in nobis de causis, & de medijs quantum ad cognitionem alicuius conclusionis. Si enim in cognoscendo conclusionem aliquā, requiruntur plures causæ, vel plura media: cognitis illis causis, vel illis medijs, quoniam illius sunt causæ, & quod non contingit aliter se habere, statim scimus conclusionem illam. sed si post notitiam illius conclusionis, obliuisceremur aliquam illarum causarū, vel aliquod illorum mediorum: perdetemus notitiam conclusionis illius: causæ ergo, & media requiruntur non solum ad conclusionem causandam, sed etiam ad cognitionem causatam cōfert uandam. Sic aiunt, & in proposito actiones Angelorum superiorum in inferiores requiruntur: non solum ad illuminationes nouas facandas, sed etiam ad factas conseruandas.

Sed isti imaginantur, quod vnu Angelus il-

Angelorum
officia post
diem iudicij
quod euacu
buntur.

¶ Post. 4.

A lumen alium dicitur agendo in ipsum, quo posito, vnu alteri illaberetur, cum substantia spiritalis, vnu operatur, ibi sit, attamen, vt supra dictetur, vnu Angelus illuminat alium, sibi veritatem aliquam proponendo, & ex hoc intellectū eius vniendo, & determinando, & per consequēs confortando, cuius intellectus determinatus, & confortatus incipit illam veritatē videre in Deo, quam prius nō videbat. Ideo per Dio, supra probabamus, quod in angelis illuminatio, purgatio, & perfectio est diuinat sciētiae acceptio, quia per huiusmodi illuminationes incipiūt scire in Deo, quæ prius nesciebant. Mediū ergo, & causa principalis cognoscēdi tales veritates, est ipse Deus, in quo Angelus illas videret, & cognoscit: immo postquam per propositiōnem alicuius veritatis ab Angelo superiori incipit inferior videre, & cognoscere in Deo veritatem aliquam: non magis cognoscit, cā in Deo, & in ipsa propositione Angelus, quā in Deo solum; propter quod si ad nihilaretur Angelus superior, vel si omnino cessa-ret à proponendo huiusmodi veritatē: nihil subtraheretur ab Angelo inferiori decognitione veritatis illius: ergo nec in factōne nouorum, nec in conseruationē factorum remanebunt illæ officia, & illæ illuminationes Angelorum, de quibus locuti sumus. Multæ n. sunt causæ fiendi, quæ non sunt causæ conseruandi, vt si gladius est causa vulneris, amoto gladio, non est sanatum vul-nus. Si ergo operationes superiorum sunt cause illuminationis inferiotum: amotis huius operationibus, non oportet, quod tollantur illuminationes illæ, vel cognitiones illæ, quas ex hoc ha-bent in Deo, cum Deus sit quid immutabile.

Tertio modo possunt considerati huiusmodi illuminationes, non quantum ad factōrem nouorum, nec quantum ad conseruationē factōrum, sed quantum ad finem adeptum, & sic certum est, quod remanebunt huiusmodi illuminationes, & officia. Vnde, & communiter exemplū ponitur, quod sic remanebunt officia huiusmodi ordinum Angelorum post omnium electorū salutem, sicut remanent officia militarium ordinum post finem belli, quia non remanent quantum ad pugnam, quianon vterius exercent illæ officia, quantum ad pugnam: sed remanent quā tum ad triumphum: prout huiusmodi milites sic operati sunt ad huiusmodi triumphum, & illalij sic etiam operati fuerunt: vel, vt clarius lo-quamur, post pugnam officia militarium ordinum non remanent in se, sed remanent in suo effectu, & in suo fine. Sic & officia Angelorum post diem iudicij non remanebunt in se, sed remanebunt quantum ad suum effectum, vel quantum ad suum finem, quia remanebunt quantum ad salutem electorum, ad quā Angeli cooperati sunt per huiusmodi officia.

Quarto modo loqui possumus de huiusmodi officijs, vel de cessatione eorum, quantum ad cognitionem, & notitiam Beatorum, & sic omnia huiusmodi officia post diem iudicij non cesta-bunt: immo stabunt, & remanebunt. Nam sicut dicimus

Angelus &
dicitur agen-
tes in alio,
illaberetur
ei.

Exemplum
probans offi-
cia Ange-
lorū rema-
sura post
dictum.

dicimus de re corrupta, quod potest remanere in memoria hominum; sic possumus dicere de huiusmodi officijs, quod remanebunt in scientia, & in notitia Beatorum, quia omnes beati tam homines, quam Angeli clare cognoscent, & clare scient, qui nat Angeli, & ad quod officium deputati fuerint.

Advertendum insuper, quod licet ordinis Angelorum possint accipi quolibet illorum triū modorum: potissimum tamen accipiuntur secundum commissa officia: loquendo de huiusmodi ordinibus, secundum quod locuti sunt Sancti, & potissimum Dio. sed si accipiantur tales ordines, secundum excellentiam naturae, vel secundum excellentiam gratiae, sive gloriae: hoc erit per comparationem ad commissa officia: prout aliqui habent talem naturam, & sic sunt perfecti in gratia, quod idoneum, & congruum est, quod eis committatur tale officium, & alij, quod tale, & sic de reliquis. Dicere ergo, quod remanebunt ordines Angelorum quantum ad excellentiam naturae, & gratiae, & gloriae: est dicere, qd remanebunt huiusmodi ordines prout de eis locuti sunt Sancti, quantum ad quandam idoneitatem, quia remanebunt angeli in illa excellentia naturae, & gloriae, quatenus idonei essent ad talia officia exequenda: igitur secundum hunc modum Angelorum ordines, vel eorum officia, & illuminationes possunt intelligi remanere. 5. modis, de quibus. 5. modis non remanebunt dupliciter: remanebunt quidem tripliciter. Non remanebunt autē quantum ad factionem nouorum, quod de cetero de salute electorum superiores Angelii illuminent inferiores, nec quantum ad conseruationem factorum, qd per operationes superiorum conseruentur inferiores in illuminationibus iā factis: sed conseruabuntur in talibus illuminationibus inferiores per notitiam, quam habent in Deo: non, qd ad illas illuminationes conseruadas post diem iudicij, aliquid cooperentur superiores angelii, vt patuit per rationem iam factā. His itaque duobus modis talia non remanebunt, sed remanebunt tribus alijs modis, videlicet quantum ad idoneitatem, propter excellentiam naturae, & gratiae, sive gloriae: & quantum ad finem adeptum, & etiam quantum ad cognitionem, & notitiam Beatorum.

Advertendum etiam, quod quia potissimum sumendi sunt huiusmodi ordines quantuni ad officia commissa: ideo si aliqui ordines denominantur ab aliqua excellentia naturae, & gratiae, sive gloriae, sicut Seraphini à charitate, quæ semper conexa est gratiae: Cherubini à plena, & clara cognitione Dei, quæ non potest esse sine gratia consumata. Throni ab inhabitatione Dei, quod etiam sine gratia esse non potest: omnia talia prout constituant ordines Angelorum: referenda sunt ad commissa officia: prout secundum ea cooperantur ad gubernationem mundi, & salutem electorum, vt Throni dicti sunt ab inhabitatione Dei: prout in eis sibi habitat Deus, qd eis reuelantur secreta Dei, secundum quam reuelationem com-

Amissum est eis istud officium, quod de illis secretis illuminent inferiores, prout ad salutem electorum spectat. Cherubini vero dicti sunt à plenitudine scientiae, quia eis propter talem plenitudinem, de salute electorum non solum secreta, sed etiam secretiora reuelantur: propter quod commissum est eis istud officium, quod de illis secretioribus inferiores illuminent. Seraphini vero dicti ab ardore charitatis, quia sic sunt dilecti, & intimi Deo, quod etiam secretissima reuelantur eis, quibus commissum est hoc officium, qd pro salute electorum de illis secretissimis inferiores doceant.

Advertendum etiam, quod, vt patet ex habitis, ordines Angelorum accipi possunt quātum ad excellentiam gloriae, & gratiae, & per consequens secundum idoneitatem ad sua officia exequenda, vel secundum commissa officia, & quia hoc modo, & illo possunt accipi tales ordines, ideo dominatio ordinum sit tripliciter, quia aliquando denominantur ab ipsis commissis officijs: aliquando ab ipsa excellentia gratiae: aliquando medio modo. Ab excellentia quidem gratiae denominatur Seraphini, Cherubini, & Throni. Nam & si ista referenda sunt modo, quo diximus ad commissa officia: ipsa tamen in se dicunt excellentiam gratiae, vt Seraphini, quia sic excellunt in gratia, quod toti ardente charitate, Cherubini, quia pleni sunt diuina scientia. Throni autem sibi in gratia excellunt, quod in eis sedet, & habitat Deus. Potestates autem Principatus, & Virtutes: potissimum nominantur à commissis officijs: vt Virtutes:

Cquia habent obuiare legibus naturae, & facere miracula, & praefesse corporalibus, & hoc est earum officium. Potestates autem, quia habent resistere potestatibus aduersis, & habent ordinate bonos Angelos, qd presunt regnis, & potestatibus. Principatus autem, quia ipsis regnis, & principatibus presunt. Hi ergo tres ordines potissimum sumuntur à commissis officijs. Sed Dominationes, Archangeli, & Angelii: videntur medio modo sumi. Possunt n. sumi & à gratia, & à commissa officio: nam si sumatur dominatio, qd negatiue, vt dilat, quid non subiectum, & quid liberum, & qd non tyrannicum, quia tyrannizare non est propriè dominari, sed magis est dominationem peruertere: sicut nomen dominationis sumptum est à gratia, quia id, quod potest nos liberare, ne simus servi, & ne tyrannizemur, est diuina gratia. Vnde & Dio, hoc potissimum dominationibus tribuit. 8. de Angelica Hierarchia dicens, Sanctatum Dominationum nominationem existimò declarare: absolutam quandam ab omni pedestri minoratione liberam: nullarumque tyrannicarum dissimilitudinum inclinationi, vel servituti supposita. Alio modo potest accipi nomen Dominationum quasi positivè: prout eis competit inferioribus imperare, & sic est nomen officij, sic etiā Archangeli, & Angelii. ab utroque possunt nominationem accipere, nam Angelus idem sonat, qd nuncius. Vnde Isido. de sum. bon. c. i. ait, qd ex ipsa annunciatione Angelii nominantur.

Seraphini,
Cherubini,
& Throni,
vnde deo
minantur.

Potestates,
Principatus,
& Virtutes,
vnde.

Dominatio
nes, Archangeli,
& Angelii vnde.

Dicitur: 8. de sum. bon. c. i. ait, qd ex ipsa annunciatione Angelii nominantur. Nuncius

Nuncius ergo ad duo potest referri, vel ad mittentem, cuius voluntati subditur: vel ad id, pro quo mittitur, circa quod summum officium exercet. Si ergo Angelus compareatur ad Deum, cuius voluntati subditur, sic sumitur à gratia: quia, qui spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt: & qui voluntati diuinæ voluntati subduntur, sunt Deo gratiæ, & habent diuinam gratiam. Esse enim nunciū Dei, & esse Angelum eius, & voluntariæ ac bona intentione subdi voluntati ipsius: non est sine diuina gratia, quia qui inuoluntariæ, vel intentio ne peruersa exercet diuinum iussum: non mere tur proprie, & simpliciter dici diuinus nuncius, sicut nec malus denarius simpliciter denarius dici debet. Potest enim Deus bene uti malis: vnde & per malos Angelos multa bona exequitur: nō tamen propter hoc mali Angeli absolute, & simpliciter debent Angeli, vel etiam diuini nuncij nuncupari. Alio modo potest comparati Angelus ad tem, pro qua mittitur, & sic erit nomen officij. Et quod dictum est de Angelis: veritatem habet de Archangelis, quia sicut inter ipsos nuncios, quidam sunt principaliores, & possunt dici Archinuncij, quidam vero minus principales, qui absolute vocantur nuncij, sic ipsi Archangeli sunt quasi Archinuncij, & sunt principaliores nuncij. Angeli autem sunt similiter nuncij, vel sunt minus principales nuncij. Angelus ~~est~~ ergo non est nomen naturæ, sed est nomen officij, ut Isido. dicit libro, & capitulo præassignato: nihilominus Angelus potest esse nomen gratiæ, vt est per habita manifestum.

Cum ergo queritur: vtrum post diem iudicij remanebunt ordines Angelorum: vt patet, nō remanebunt quantum ad commissa officia secundum se, quia ulterius commissa eis officia propter salutem electorum non exercebunt: remanebunt tamen quantum ad excellentiam gratiæ, & gloriæ, & naturæ. Illi ergo ordines, qui imponuntur ab excellentia gratiæ: non inuenimus, quod euacueretur. Vnde non inuenimus, quod aliquando euacuabuntur Seraphin, & Cherubin, & Throni. Sed illi, qui imponuntur à commissis officijs specialiter inuenimus, quod euacuabuntur, cuiusmodi sunt Principatus, Potestates, & Virtutes: reliqui vero tres ordines, quia ab utroq; nominari possunt; ideo forte subticuit Apostolus, quod euacuarentur: ne forte crederemus, q; quantum ad excellentiam gratiæ post diem iudicij non remanebunt Angelorum ordines.

R E S P. A D A R G. D V B. I.

AD primum dicendum, quod post diem iudicij omnia talia euacuabuntur quā tum ad commissa officia secundū se: non autem quantum ad alia.

Ad secundum dicendum, quod Apostolus specialiter mentionem facit de Principatibus, Potestatibus, & Virtutibus, quia ut patuit, illi tres ordines specialiter sumuntur à commissis officijs.

Ad tertium dicendum, quod adepto fine cel-

lant alia, i. cessant actiones, per quas acquiritur finis: vt adepto triumpho, cessat pugna: sic & officia Angelorum cessabunt quātum ad actiones, remanebunt tamen quantum ad adoptionem finis, & quantum ad alia, secundum quod dictum est.

Ad quartum dicendum, quod illuminate, & purgare dicunt opera commissorum officiorū, secundum quæ opera non remanebunt ordines.

Argumenta autem in contrarium soluta sunt per iam dicta, quia loquuntur de ordinibus secundum excellentiam naturæ, & gloriæ, secundum quem modum Angelorum ordines remanebunt.

B Resolutio Dub. II.

In Dæmonibus est ordo, non quantum ad naturæ, nec gratiæ, nec gloriæ excellentiam, sed quantum ad aptitudinem tantum. Nec tamen cogitandum, omnes ordines, at quatuor tantum in eis esse.

Did autem, quod queretur: D. Th. 1. p. 9. 109.

Vtrum inter Dæmones sint ordines; Dicendum, q; vt patuit, ordines in Angelis sumuntur tripliciter, secundum excellentiam naturæ, gratiæ, & gloriæ, & secundum commissa officia. Si loquamur ergo de ordinibus quantum ad excellentiam naturæ, quia ipsis ~~est~~ Dæmonibus naturalia remanserunt integra, & splendida, vt dicit Dion. 4. de divin. nomin. oportet Dæmones inter ipsos esse huiusmodi gradus, & ordines. Alio modo loqui possumus de ordinibus quantum ad excellentiam gratiæ, quæ potest considerari dupliciter, vt communiter ponitur, secundum esse initiatum, & consummatum, nam gratia secundum esse initiatum, communis nomine dicitur gratia; secundum esse suum consummatum, vocatur gloria: Si ergo loquamur de ordinibus quantum ad excellentiam gratiæ, quia secundum quosdam Angeli fuerunt creati in gratia; sic secundum eos Dæmones fuerunt in ordinibus, sed non sunt, quia fuerunt aliquando in gratia, sed ceciderunt ab ipsa. Sed si loquamur de ordinibus, quantum ad excellentiam gloriæ, sic Dæmones secundum se, nec sunt in ordinibus, nec fuerunt: tamen dicere possumus, quod & hoc modo fuerunt in ordinibus: non secundum ista in se, sed secundum aptitudinem ad illa. Fuerunt enim creati in quadam puritate, & innocentia, secundum quam habebant quandam idoneitatem, & aptitudinem ad gratiam, & ad gloriam, sed illa idoneitas, & aptitudo per culpam est in eis impedita, & depravata. Si autem loquamur de ordinibus quātum ad commissa officia, sic inter ipsos Dæmones possumus salvare ordines, quia sicut Deus ordinat suos Angelos, & committit eis varia officia, vt possumus per eos iuuari ad salutem. Sic dicere possumus, quod il-

* Dæmonibus integræ remanentes naturalia.

Angeli, aucti in gratia, supra d.

* Angelus est nomen officij, non naturæ.

Pauli Apo. stoli locas.

Dæmonum
ordines
quos, & qui,

permo quo
dicitur Che
rib.

Iob 16.

Eph.vii.

Tome 5.

le Draco Serpēs antiquus cum suis Angelis apōstaticis: contra nos per inuidiam moti: inter se cōstituant diuersos ordines, & diuersa constituant inter se officia, vt possint nos fortius impugnare, & à nostra salute impeditre. Possimus autem dicere, quod quantum ad huiusmodi commissa officia: prout se ipsos ad talia officia ordinant: inter Dæmones sunt quatuor ordines: correspondentes quatuor inferioribus ordinibus Angelorum. Non enim possunt ibi esse Seraphin, quia non est ibi ardor charitatis, nec Cherubin, quia non est ibi plenitudo sc̄ientiæ, de qua loquimur, quæ innicitur gratiæ, licet possit ibi esse aliqua plenitudo scientiæ, quæ innicitur naturæ, secundum quem modum loquitur Ezechiel. 28. de Lucifero. Tu Cherub extensus, & protegens. Sed sic non est accipere ordines secundum commissa officia, sed solum secundum excellentiam naturæ: secundum quidem commissa officia, non sunt ibi nec Seraphin, nec Cherubin, nec Throni, in quibus habitat Deus: nec Dominationes, quæ sunt liberæ ab omni tyrannide. Nam ibi nō est nisi tyrannides, & elatio superbæ. Iuxta illud Iob: Ipse enim est Rex super vniuersos filios superbæ. Nec etiam ibi sunt virtutes, ad quas spectat obuiare legibus naturæ, quia ipsi Dæmones legibus naturæ obuiare non possunt: immo quicquid faciunt agunt adhibēdo naturalia semina. Virtutes ergo, vel ordo virtutum non est in Dæmonibus, nisi acciperentur pro eodem Virtutes, & Potestates, secundum quem modū loquitur Grego. & habetur in littera dicens, quod Potestates nominantur, quibus Virtutes aduersæ subiectæ sunt. Vocat enim Virtutes aduersas: Potestates aduersas. Quinque itaque superiores ordines non ponemus in Dæmonibus, sed reliquos quatuor inferiores ordines aliquo modo ad instar illorum quatuor possimus aliqualiter assignare in Dæmonibus, vt sicut in ipsis Angelis sunt Potestates, Principatus, Archangeli, & Angeli, sic in ipsis Dæmonibus sunt Potestates: Principatus, Archidæmones, & Dæmones: vt sicut præfati quatuor ordines in Angelis habent commissa officia ad iuvandum nos, vt saluemur: sic in Dæmonibus præfati quatuor ordines habent commissa officia, vt per eos, quantum in eis est, à salute impediamur. Hos autem quatuor ordines in Dæmonibus volentibus nos impeditre: contra quos debemus colluctari, & pugnare, ne à nostra salute impediamur: exp̄sē videtur innuere Apostolus ad Ephes. cum ait: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & Potestates, aduersus mundi Rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cœlestibus. Per Rectores enim mundi tenebrarum harum: possimus intelligere Archidæmones: per spiritualia nequitia in cœlestibus possimus intelligere communiter Dæmones. Nam tota natura angelica potest intelligi per cœlum. Vnde Augustinus in principio super Genes. exponens illud: In principio creauit Deus cœlum, & terram; ait:

A In principio creauit Deus cœlum incorporeum, quod est super omne corpus: intelligens per cœlum naturam angelicam, quæ aduersa dicitur esse nequitia. contra ergo has nequitias cœlestes, idest angelicas, quæ communi nomine dicuntur Dæmones, colluctari debemus. Dicemus autem, quod sicut sunt ordinati Angelii, quia quidam præsunt multititudini, sicut dictus est Princeps Persarum ille, qui præter illi Genti, vel Princeps alius, qui præter alij genti, vel alij Regno. Et sicut inter ipsos Angelos quidam exercent opera circa particulates personas, quorum quibusdam committuntur maiora, sicut sunt Archangeli: quibusdam minora, cuiusmodi sunt Angeli, & hoc ad procurandam salutem nostram, sic è contrario Dæmones ad impediedum huiusmodi salutem se inuicem ordinant. Quia quidam sua opeta nequitia exercent circa aliquam multitudinem, sive circa aliquod regnum, & isti vocantur Principes, sive Principatus. Quidam autem exercent huiusmodi opera circa alias personas: & isti vel tentant, & impellunt ad maiora mala, tanquam potentiores, & subtilioris naturæ, & isti possunt dici Archidæmones: vel tanquam minus potentes impellunt nos ad minoria mala, & isti communi nomine possunt vocari Dæmones.

B Aduertendum tamen, quod & in Angelis bonis ad procurandam salutem nostram, & in Angelis malis ad impedientiam eam, ponimus ibi eos, qui sunt præpositi, & qui ordinant alios: assignando cuilibet, ac decernendo, circa quæ quilibet debeat operari: & isti, qui sunt sic præpositi operum: & qui sic ordinant alios in suis operibus, vocantur potestates. Ordo ergo Potestatum in Dæmonibus sunt illi Dæmones, qui vt nobis magis nocere possint, cæteros alios malignos spiritus ad sua opera præficiunt. Principatus autem, sive Principes in Dæmonibus sunt, qui sub Potestatibus ordinati: circa multitudinem aliquam, vel circa aliquod regnum exercent sua opera nefaria. Archidæmones autem sunt, qui sub Potestatibus, & Principibus ordinati per eos, circa alias singulares personas maioribus nequitijs dant operam: sed communiter illi vocantur Dæmones, qui sub Potestatibus, & Principibus, & Archidæmonibus existentes, & ordinati per eos: tanquam in potentiores eis, sed in minoribus nequitijs intromittunt.

R E S P. A D A R G. D V B. I I.



D primum dicendum, quod ordo potest dicere aliquem unum gradū, & sic est parvum. quia unus, & idem gradus, secundum quod huiusmodi, paritatē habet. Alio modo potest accipi ordo, vt dicat habitudinem diuersorum graduum: & sic ordo dicitur esse dispariū, quia diuersi gradus, secundum quod huiusmodi, diversitatem

Ordo quid.

ueritatem habent. Non ergo eodem modo accepitur ordo, ut est parium, & disparium. August. Itaque volens describere vtrumque ordinem: vtrumque posuit, quod erat parium, & disparium. Ad formam tamen arguendi, quod in Dæmonibus, non est paritas, sed solum dispartitas, dici potest, quod est ibi paritas, & dispartitas. Est enim paritas aliqua: inquantum plures deputantur ad unum, & idem officium, quia multi sunt ibi præpositi, & ordinatores aliorum: propter quod multi sunt, qui sunt de ordine Protestatum, & multi sunt, qui suas nequicias exercet circa diuersas multitudines, quia multi sunt ibi de ordine Principatuū: & multi sunt, qui circa singulares personas exercent nequias maiores: & multi, qui minores: ita, quod multi sunt ibi de ordine Archidæmonum, & multi de ordine Dæmonum: ut sicut in Angelis infimus ordo tenet nomen commune, & vocantur Angeli, sic in Dæmonibus ultimus ordo tenet nomen commune, & vocantur Dæmones. Hoc ergo modo est ibi paritas. Est autem ibi imparitas, vel quia deputantur ad diuersa officia, vel quia unum, & idem officium unus exercet efficacius alio: quamvis ergo non sint duo Dæmones æquè subtilis naturæ, sicut nec duo Angeli: tamen aliqualis paritas est inter eos ratione unitatis officij, quod multis potest esse attributum.

Ad secundum dicendum, quod cum dicimus, quod ordo est dispositio tribuens cuilibet sua loca: non accipitur ibi locus pro loco corporali, sed pro gradu, in quo quis constituitur per huiusmodi ordinem: eodem ergo loco corporali possunt esse varii gradus: sicut & iuxta Regē potest stare badius, & præpositus.

Ad tertium dicendum, quod in inferno dicitur esse nullus ordo, quantum ad solarium, quia ut ait Augustinus 12. super Genes. ad litteram. Origo & nominis in græca lingua ex eo dictum est, quod nihil suave habeat. Non est ergo ibi ordo quantum ad pœnam, vel non est ibi ordo ad exercendum operationes bonas, sed bene est in Dæmonibus ordo ad exercendum nefandas nequias: quia, & si bona faciunt Dæmones: a-gunt ea intentione fallendi.

Resolutio Dub. III.

In Dæmonibus est prælatio. Idq; ex ordine diuinæ sapientiæ, ac diuinæ iustitiæ constat: ex ipsis rum nequitia peruersitate, eorumdemq; desiderio, quo nobis nocere student.

 Did autem, quod quærebatur: Virum inter Dæmones sit prælatio: Dicendum, quod sic. Qd quadrupliciter potest declarari. Primo ex ordine naturæ. Secundo ex ordine diuinæ sapientiæ. Tertio ex ordine di-

uinæ iustitiæ. Quarto ex peruersitate nequitiæ ipsorum, & ex desiderio, quod habent ad nobis nocendum.

Primum sic patet: Nam vbiunque est assi-gnare naturam superiorum: & inferiorem, siue hoc sit ex diuersitate formæ, siue ex diuersitate materiæ, siue ex diuersitate temporis: semper natura superioris præst inferiori, ut homo præst bestijs, qui habet quantum ad speciem naturam superiorum eis: & in hominibus ma-res præsunt feminis, quia habent secundum corpus naturam superiorum, & complexionem meliorem, quam habeant feminæ, vbi autem esset econverso, quod & feminæ haberent meliorem, & perfectiorem complexionem communiter, quam mates: ibi communiter feminæ præsunt maribus, sicut apparet in aliis viuentibus ex rapina, vbi & feminæ sunt longè meliores, quam masculi. Sunt enim huiusmodi aues calidæ ex natura speciei, quia ex quo de rapina viuunt: oportet, quod sint audaces, & calidæ, sunt etiæ calidæ ex natura loci, quia aer, & si per acciden-tis fiat frigidus: per se tamen, & naturaliter est calidus. Si ergo his caliditatibus superaddatur caliditas complexionis, sicut masculi communiter sunt calidores feminis: erit tanta caliditas, quod vitiabit complexionem, & redet eam imbecillem. Sed feminæ, quia sunt complexionis frigidæ: contemperatur in eis illa caliditas: habentque corpus magis redactum ad temperamentum: suntque magis viroæ, & potentiores masculis. Perfectio ergo naturæ: siue sit ex natura speciei, siue ex complexione: facit, quod nobiliores præsunt ignobilibus. sic etiam perfectio naturæ ex complemento temporis: hoc idem facit, sicut viri præsunt pueris.

Habebimus ergo ex hoc statim intentum, quia cum Dæmones sint quedam formæ per se existentes; si differunt, differunt formaliter, & quia idem est forma, & species: quot sunt Dæmones, tot sunt ibi differentiæ specificæ, ut non sint & duo Dæmones æquè nobiles, & æquè subtilis naturæ. Cum ergo excessus naturalis magis attendatur in perfectione secundum formam, quam in perfectione secundum complexionem, vel secundum complementum temporis: oportet, quod Dæmones sibi inuicem præsint. Possumus tamen specialiter arguere de Dæmonibus, & de omnibus habentibus rationem, & intellectum, quod si se inuicem excedunt secundum naturam, quod sibi inuicem præsunt. Nam præesse potissimum competit ex habere intellectum, & rationem. Inuenimus autem ex excessu naturali, quod inferiora per superiora gubernantur, ut elementa hæc inferiora gubernantur, & reguntur per cœlestia corpora, sed potissimum habet fieri tale regnum, & gubernatio per excessum secundum intellectum: quia, ut dicitur in Proverb. Intelligens gubernacula posidebat. Inde est, quod si homines præsunt bestijs, & ma-res feminis, & viri pueris: hoc est, quia homi-nes

Dæmonum
ordo & na-
ture.

* Feminæ,
vbi nam ma-
sculis p̄sint.

* Feminæ i
viuentibus
ex rapinis,
sunt masce-
lis melio-
res.

Dæmonum
prælatio.

* Dæmones
duo quales
ex non po-
sunt: neque
in nobilita-
te, neque
in natura.

D D

id autem, quod quærebatur: Virum inter Dæmones sit prælatio: Dicendum, quod sic. Qd quadrupliciter potest declarari. Primo ex ordine naturæ. Secundo ex ordine diuinæ sapientiæ. Tertio ex ordine di-

nes intellectu præsunt bestijs: & mates intellectu præminent fœminis, & viri pueris. Cum ergo in Dæmonibus ex excessu nobilitatis naturæ sequatur excessus nobilitatis secundum intellectum: consequens est, quod Dæmones superiores inferioribus præsint.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex ordine diuinæ sapientiæ. Tanta est enim diuina sapientia, quod scit malis bene vti. Licet ergo Dæmones sibi inuicem præsint, ut nos à salute impediant: Deus ex isto nō alio elicit bonū, quia ex hoc exercitantur electi, & est hoc in bonum electorum, quibus omnia cooperantur in bonum. Ne ergo aliquod in vnuerso relinquatur inordinatum, & vt ex ipsa mala intentione Dæmonum eliciatur bonum: ordinavit diuina sapientia, quod Dæmones Dæmonibus præsint.

Tertiò hoc exigit ordo diuinæ iustitiae. Nam hoc est eis ad pœnam, quod sic præsint. Nam secundum August. in lib. Confes. omnis inordinatus animos sibi ipsi pœna existit. Eo enim ipso, quod quis furit, vel, quod vult inordinatè ali quid, ipsa inordinatio habet sibi annexam pœnam. Et quia istud præesse secundum inordinatum animum, quia Dæmones sibi inuicem sic præsunt, & sic se inuicem ordinant, & sic sibi inuicem officia distibuant, ut nos fortius impugnent, & à salute nos impediант, cum inordinatus sit animus volens alium à salute impedit: tale præesse non est sine annexa pœna. Et quia simile fuit de culpa Dæmonum, & de gloria Angelorum, quia sicut superiores Angeli adepti sunt excellentiorem gloriam, sic superiores Dæmones corruerunt vehementius in culpam: relucet in hoc quidam ordo diuinæ iustitiae, quod Dæmones superiores præsint inferioribus, quia cum superiores excederint alias in culpa, dignum est, quod eos excedant in toleratione pœnae, quia istud præesse pœnam annexam habet, quia quanto superior est Demō, magis dolet, & affligitur, & magis per inuidiam cruciatur, quia non potest electos à sua salute impedit.

Quartò possumus arguere, quod Dæmones Dæmonibus præsunt ex peruersitate nequitiae ipsorum, & ex desiderio, quod habent ad nocendū nobis. Nam sicut homines malis inuicem ordinant, & coniungunt se potentioribus, ut possint suam nequitiam exercere, sic & Dæmones se inuicem ordinant, & subsunt superioribus Dæmonibus, ut seruentius in homines sequire possint.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendū, quod licet inter Angelos bonos sit illuminatio, quia est ibi manifestatio veritatis secundum ordinem ad Deum: in Dæmonibus tamen non est illuminatio, quia nō ordinant se ad Deum, nec ad diuinam gratiam: sed magis se ordinant ad exquendam suam nequitiam. Est tamen inter Dæmones locutio, prout unus suum conceptum manifestat alteri, & hoc sufficit ad hoc, ut inter eos possit esse prælatio, quia superiores manife-

A stando suum conceptum inferioribus exequentibus, & agentibus superiorum vota: dicuntur inferioribus præesse.

Ad secundum dicendum, quod inter superbos semper sunt iurgia, quia inter eos, secundū quod huiusmodi, non est concordia, nec amicitia: non tamen propter hoc sequitur, quod Dæmones inferiores non subsunt superioribus, quia inferiores non subsunt nec obediunt superioribus propter amicitiam, quam habent ad eos, sed propter virus nequitiae, quod volunt exercere in nos.

B Ad tertium dicendum, quod Dæmones superiores præsunt inferioribus, nec propter hoc ex sua culpa reportant commodum: immo magis afflictionem, & pœnam. quia istud præesse, ut patuit, est ad eorum pœnam, & ad eorum cruciatū, & afflictionem.

C Ad quartum dicendum, quod obediere est ad meritum, & ad coronam si sit ex humilitate, sed est ad detrimentum, & ad pœnam, si velint ex hoc suam nequitiam exercere, secundum quem modum obediunt Dæmones, ut est per habitum manifestum.

Dub. I. Litteralis.



V N D E litteram dubitatur. Et primo super illo verbo: Vnde Dio, tres ordines Angelorū, &c. vbi Magister assignat auctoritatem Dio, de numero ordinum Angelorum: in numerando autem illos ordines, in media Hierarchia collocat Dominationes, Principatus, & Potestates: In ultima Virtutes, Archangelos, & Angelos.

Sed contra: Dio, in media Hierarchia non posuit Principatus, sed Virtutes: in infima autem econuerso.

D Dicendum, quod Magister iam assignado auctoritatē Diony, admittit sententiam Greg. Ita, quod pars auctoritatis adductæ referenda est ad Dionysium: & pars ad sententiam Gregor. Quod ergo ait, quod tres terni sunt ordines Angelorum, & quod tres sunt superiores ordines: tres inferiores, & tres medij, & quod superiores sunt Seraphin, Cherubin, & Throni: totum est de intentione Dio, & etiam Greg. Quia in hoc non discordant: sed, quod postea subditur, quod medij sunt Dominationes, Principatus, & Potestates; infimi Virtutes, Archangeli, & Angelos: referendum est ad datum Gregorij non Dionysij.

Dub. II. Litteralis.



Angeli eius
de ordinis
non sunt e-
quaes.

LT E R I V S dubitatur: Quia dissimilando, quid est ordo Angelorum: ait, q̄ est multitudine spirituum, qui inter se in aliquo munere gratiae similantur, & in naturalium datorum participatio ne conueniunt. Sed contra: quia infra postea dicit, non esse probabile, q̄ omnes Angeli, qui sunt eiusdem ordinis, sint aequales. Si ergo Angeli, eiusdem ordinis sint inaequales, oportet, q̄ ista inaequalitas sit in natura, & in gratia, cum fuerit eis collata gratia secundum proportionem naturalium, quia habentes excellentiorem natura- apti sunt excellentiorem gratiam, ergo & in natura, & in gratia sunt dissimiles Angeli eiusdem ordinis.

Math. 22.

Dicendum, q̄ similitudo non arguit aequalitatem. Cum enim dicitur: Dilige proximum tuum sicut te ipsum, non propter hoc arguitur, q̄ debes eum diligere quantum te ipsum. Aliquam enim conuentiam, & aliam similitudinem in naturalibus, & in donis gratiae habet omnes, qui sunt eiusdem ordinis: non tamen in huiusmodi naturalibus, & in huiusmodi donis gratiae sunt aequales. Et si omnes species, quae sunt in eodem genere, habent aliquam conuentiam ad inuicem: aliter enim non essent, nec pertinenter ad idem genus. Non tamen propter hoc sunt aequales sibi inuicem, immo non sunt duas species, neque duas formae aequae nobiles, cum formae sint sicut numeri, ut dicitur in Meta. nec sunt duo numeri specie differentes, qui aequales, & totidem contineant unitates: sic, & ipsi Angeli, qui sunt formae separatae, & specie differentes, non sunt duo Angeli aequae nobiles, & aequae potentes: hoc tamen non obstante: quotquot pertinent ad unum ordinem, oportet aliquam conuentiam ad inuicem habere secundum illum ordinem: sicut quae sunt in uno genere, conueniunt secundum illud genus.

Actio. 8.

Met. 1. c. 10.

D I S T . X.

De Angelis assistentibus, & ministrantibus, deque eorundem locutione.



O C E T I A M I N -
V E S T I G A N -
D U M , &c.

Postquam Magister in Distinctione, 9. determinavit de differentijs, & de distinctionibus Angelorum, prout differunt, & distinguuntur per Hierarchias, & ordines. In hac distinctione, x. vt dicebatur, determinat de differentijs, & de di-

A distinctionibus Angelorum, prout distinguuntur, & differunt per assistentes, & ministrantes.

Circa quod tria facit, quia primo, quo ad huiusmodi assistentiam, & ministracionem Angelorum mouet quandam quaestione: Vtrum aliqui ita assistant, quod non ministrant, vel omnes sint in ministerium missi. Et tangit circa hoc opiniones diuersas. Secundo ex huiusmodi quaestione mota, & opinionibus tactis, tangit varios modos dicendi circa nomina Angelorum. Tertio soluit obiectiones contra vtranque opinionem de assistentia, & ministracione Angelorum. Secunda ibi: {Et putant illi.} Tertia ibi: {Qui autem omnes.}

Assistentes,
& ministran-
tes Angelorum.

B Circa primū sex facit, quia primo mouet quaestione: Vtrum omnes ad exteriora mittantur, vel aliqui supple sint ita assistentes, quod non mittantur. Secundo tangit unum modum dicendi, & unam opinionem circa quaestione propositam, quod aliqui ita assistunt, quod non mittuntur, sicut scriptum est Dam. 7. quod millia milium ministrabant, &c. Et sicut patet per Dionys. volentem, quod superiora agmina, sive illi superiores Angeli nunquam ab intimis recedant, sed semper assistant. Tertio obiectit contra hanc opinionem, quod superiores ita assistant, quod non mittantur: cum ad Esaiam, ut h̄ Esai. missus sit unus Seraphin, qui est omnino ordo superior, & excellentior: & cum Apostolus dicat ad Hebr. 1. Omnes sunt administratorij Spiritus inministratum missi.

Esa. 6.

Hebr. 1.

C Quartio ponit opinionem aliam, quod nulli ita assistunt, quod non mittantur: sed omnes sunt in ministerium missi, quod nec inconveniens videtur debet, si superiores Angeli mittantur, cum, & ipse Dei filius Creatot omnium ad nos descendit, & ad nos fuerit missus.

Quinto obiectit contra hanc opinionem secundum, quia si omnes mitterentur, & omnes essent nuncij, non videretur esse ratio, & causa, quare unus tantum inter 9. ordines Angelorum nomine censeatur.

Sexto soluit huiusmodi obiectiōnē, quia licet omnes mittantur, intimi tamē dicuntur Angelii Dei nuncij, quia ipsi ex officio, & sape mittuntur: superiores vero non sape, sed raro: & non ex officio, sed ex aliqua ratione suborta mittuntur, & sunt nuncij: & cum mittuntur, dicuntur esse Angelii, sive nuncij. Iuxta illud Psal. Qui facit Angelos suos spiritus. Illi enim, qui ex natura sua sunt spiritus, & ex officio non habent, q̄ sint Angeli, i. nuncij, ex aliqua ratione suborta Deus facit eos esse Angelos, sive nuncios. Secunda pars incipit ibi: {Quidam putant.} Tertia ibi: {Quibus obiectur.} Quarta ibi: {His testimonij.} Quinta ibi: {Hic oritur quaestio.} Sexta ibi: {Ad quod quidam dicunt.} Tunc sequitur illa pars:

psalm. 103.

{Et putant illi.} In qua ex quaestione mota, & opinionibus tactis, tangit varios modos dicendi circa nomina Angelorum. Circa quod tria facit, quia primo ait, q̄ illi, qui dicunt, q̄ omnes mittuntur, putat, q̄ Michael, Gabriel, & Raphael sunt Aegid. super ij. Sen. Tt de

de superiori ordine, & sunt nostra spirituum, nō ordinū, ita quod singulariter aliquis superior spiritus vocatur Michael, alius Raphael, &c. Secundū circa huc nostra ponit opinionem aliam, quod talia non sunt nomina spirituum singulariter, sed officiorū, ita quod nunc iste spiritus, nunc alius, dicitur Michael vel Raphael, secundum officium, quod exercet. Tertio ait, quod & circa Demones sunt multa nomina, quæ possunt esse propria, vel communia. Secunda pars incipit ibi: {Alij verò} Tertia ibi: {Sicut & Dæmon.} Tunc sequitur illa pars: {Qui autem omnes Angelos.} In qua docet subtiliter utraque opinionem, vel docet soluere obiectiones contra utraque opinionem. Circa quod duo facit, quia primo docet sustinere, & mittuntur, & quod Dan. & Dio. dicunt de superioribus Angelis, ait, quod illi dicuntur assistere, & ab intimis nunquam recedere, quia valde raro mittuntur: & cum mittuntur non recedunt ab intimis, quia non recedunt à Dei contemplatione, quia nec illi, qui sèpè mittuntur ab huiusmodi contemplatione, recedunt. Secundo resumit opinionem aliam, quod non omnes mittuntur, quia tres superiores ordines semper assistunt: tres inferiores ad exteriora mittuntur: tres medij mittuntur non ad exteriora, sed ad inferiores Angelos, ita, quod tres supremi nunciant dinimum mandatum medijs: medij autem infimis: infimi nobis. Et soluit adhuc dictum Apostoli, quod omnes sunt in ministerium missi, quia omnes sunt nuncij, & omnes mittuntur, vel ad Angelos, vel ad nos: vel ut ait Apostolus: Non intelligit, quod omnes mittantur de omnibus simpliciter, sed de inferioribus tantum. Soluit etiam per dictum Diony. Auctoritatem Esaiae, quod Angelus mislus ad eum fuit de inferioribus Angelis, sed dictus est Seraphin ratione operis, quia igne purgavit labia Esaiae, & Seraphin dicuntur igniti, & ardentes. Secunda ibi: {Alij verò dicunt.} Et in hoc terminatur sententia Lectionis, & Distinctionis.

Hebr. 1.

Seraphin
vade.

Q V Æ S T. I.

De Angelorum assistentia.



VIA Magister in littera agit de assistentia, & ministerio Angelorum, prout Angeli Deo assistunt, & ad nos mittuntur, & enunciāt nobis, quæ nuncianda sunt, cù nunciare aliquid potissimum fiat per locutionem, quia nuncij loquendo nunciant, quæ sunt eis ad annunciatum imposita: ideo de tribus Principaliter queremus.

Primo de Angelorum assistentia. Secundū de eorum ministerio, & missione, Tertiū de eorum locutione.



*An malis Angelis Deo assistant.
Conclusio est negativa.*

D. Tho. 2. Scr. 2. sent. d. 10. artic. 1. arg. 4.

IRCA assistentiam autem Angelorum primo queritur: Vtrum etiam mali Angelii assistant Deo. Et video, quod sic, quia ut dicitur Job. i. Cum venissent filii Dei, ut assisterent coram Domino; affluit inter eos etiam Sathan, ergo adebat inter assistentes, & per consequens assistebat.

Præterea Job eod. ca. dicitur: Egressusque est Sathan à facie Domini: sed ille, qui egreditur à facie Domini, astigit coram faciem eius, & per consequens assistebat ei.

Præterea secundum Aug. super Gen. ad litterā Angelī à sui conditione viderunt res in verbo, sed quod competit Angelis à sui conditione, competebat eis naturaliter, ergo ex natura habuerunt Angelii, quod viderent res in verbo, sed naturalia etiā ipsis Dæmonibus remanserunt integra, & splendida, ut vult Diony. 4. de diu. nom. sed videre res in verbo est Deum intimè contemplari, cum ipsum verbum dipinum sit quod intimum ipsi Deo, quia quodlibet verbum intellectuale est quid in timum ipsi intellectui, sed cum hoc sit assistere Deo, ipsum Deum intimè contemplari: ergo &c.

Præterea, quia intellectus noster nascit sicut tabula rasa, est male natus ad sciendum, & non sunt eadem nota naturæ, & sibi, immo manifestissima in natura sunt occulta sibi, & habet se ad ea sicut occultus noctuæ ad lucem diei, ut potest patere ex Meta. Sed intellectus angelicus etiam à sui primordio, & ex sui natura, non est sicut tabula rasa, sed est plenus formis, ut potest patere ex libro de causis, ergo intellectus angelicus non est male natus, sed bene natus ad sciendum, & per consequens: eadem sunt nota naturæ, & sibi: & quæ sunt manifestissima in natura, sunt manifestissima sibi, sed Deus est manifestissimus in natura, ergo est naturaliter manifestissimus omnibus Angelis. Ipsius ergo malis Angelis, quibus naturalia remanserunt integra, Deus est manifestissimus: ergo ipsum intimè vident, & per consequens ei assistunt.

IN CONTRARIUM est, quia non omnes Beati Angelii dicuntur assistere, ut infra patet, sed perfectio, quæ non competit omnibus bonis, non potest competere Angelis malis: ergo &c.

Præterea assistere præsupponit fruitionem, & actum gloriæ, sicut minus commune præsupponit maius, quia communius est frui, quam assistere, sed Angelii mali non fruuntur, nec habent actum gloriæ, ergo &c.

Dæmonibus
naturalia in
tegra sunt.3. de animali.
14. Physic.1. Physic.
2. Met. 1.

Dub. I. Lateralis.

*An boni Angeli omnes assistant.
Conclusio est negativa.*

D.Tho. 1.p.q.112.artic.3. Et 2.senten.d.10.artic.1. Alb.
Magn.de virtute afflstr.g.8.artic.4. Durd.10.q.2. Vo
ril.d.10.q.4.



LTERIVS quæritur: Vtrū omnes Angeli boni assistant. Et videtur, q̄ sic. quia vt communiter ponitur, sicut ad similitudinem Regis, vel alicuius magni Domini, aliqui ministrorū dicuntur assistere, sicut illi, qui semper intuentur faciem Domini. aliqui autem dicuntur ministrare, vt illi, qui egrediuntur à facie eius, sic est ex parte ipsius Dei, quia illi dicuntur assistere, qui semper sunt ante Deum; sed oēs Angeli boni sunt semper ante Deum, quia semper vident faciem Dei. Iuxta illud Matth. Angeli eorum semper vident faciem Patris. Si ergo Angeli deputati ad custodiam puerorum, qui sunt de inferioribus Angeli, semper vident faciem Dei, & per cōsequens sunt ante Deum, multo magis & ipsa superiorēs Angeli hoc habebunt. omnes ergo assistunt.

Præterea hoc est assistere, intimè contemplari: sed omnes Angeli intimè contemplantur. quia, qui non intimè contemplantur, vel hoc eit, quia eos retardat corpus, vel quia impedit culpa, vel quia retrahit sensus, qd nullis Angelis conuenit.

Præterea, vt dictum est, assistere Deo, est esse ante faciem eius, sed plus est habere aliquid in se, & esse in illo, quām esse ante illud: Cum ergo omnes Angeli, quia sunt pleni charitate, habeant Deum in se, & sint in Deo, quia qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo; omnes possunt dici esse ante Deum, & assistere sibi.

IN CONTRARIUM est, quia dicitur Dan. quod millia millium ministrabant ei, & decies cētēna millia assistebant ei. Cum ergo ibi loquatur de Angelis bonis, non omnes huiusmodi Angeli assistunt: sed quidam assistunt, quidam ministrant.

Præterea Dio. de Angel. Hierarchia specialiter de prima Hierarchia ait, q̄ immedietate circa Deū collocatur. sed hoc videtur esse, assistere, immedietate circa, Deum collocati. hoc autem non competit omnibus Hierarchiis ergo, &c.

Dan. 7.

Afflstr.
guid.

A Dub. II. Lateralis.
*An Angeli omnes secunda Hierarchia assistant.
Conclusio est negativa.*

D.Th. 1.p.q.112.artic.4. Et 2.senten.d.10.artic.3.

LTERIVS autem quæritur: Vtrū illi de secunda Hierarchia assistant. Et videtur, q̄ sic. quia hoc est assistere, ad exteriora nō mitti, nam illi dicuntur assistere Regi, qui semper sunt coram Rege, & ad exteriora non mittuntur, sed illi de tecū da Hierarchia, vt videtur, non mittuntur ad exteriora, quia vt dicitur, 4.de Angel. Hierarchia, Diuina lege, & diuino ordine promulgatum est, secunda reduci in Deum per prima. Secunda ergo Hierarchia reducitur in Deum per primam, & tertia per secundam, & Hierarchia quarta, s. nostra per tertiam, Soli ergo illi de Hierarchia tercia mittuntur ad exteriora, i.ad nos,

Præterea plures sunt assistentes, quām ministrantes, quia, vt habet correcta littera Dan. Millia millium ministrabant ei, & decies cētēna millia assistebant ei. Cum ergo illi de infima Hierarchia mittantur, si mitterentur etiam illi de secunda, essent duæ Hierarchiæ ministrantium, & una esset assistētum. Plures ergo essent ministrantes, quām assistentes, quod est inconveniens.

Præterea omnes de una, & eadem Hierarchia habent eundem modum recipiendi lumen.

Dan. 7.

Hierarchia-
rum, ex or-
dinū distin-
tio. vade.

C quia ex modis recipiendi diuinum lumen accipitur distinctio Hierarchiarum, sicut ex officijs distinctio ordinum, sed tota causa, quare aliqui dicuntur assistere, & aliqui ministrare, vt videtur, sumitur ex modo recipiendi diuinum lumen. quia illi, qui excellentiori modo recipiunt diuinum lumen, dicuntur assistere, reliqui vero ministrare. Cum ergo tota media Hierarchia habeat eundem modum recipiendi diuinum lumen; vel tota assistit, vel tota ministrat. sed tota non ministrat, cum Dominationes nunquam ad exteriora mittantur, quia, vt Dio. ait de Ang. Hierarchia, Dominationes sunt ab omni pedestri minoratione liberæ, & absolute, quod non esset, si ad exteriora mitterentur; ergo &c.

D IN CONTRARIUM est, quia videtur, q̄ nulli de secunda Hierarchia assistant, quia cum propriū sit primæ Hierarchiæ immedietate collocari circa Deum, vt patuit per Dio. de Angel. Hierarchia, Sola prima Hierarchia assistit.

Præterea Virtutes de necessitate ad exteriora mittuntur, quia eis attribuitur miracula facere, vt patuit supra. ergo cū miracula fiant hic inferius: quia Beati in patria nō indigent miraculis, sed nos: & cum substantia spiritualis ibi sit, vbi operatur, vt dicit Dan.lib. 1. oportet, quod Virtutes operentur hic inferius, & per consequens, q̄ ad exteriora mittuntur, sed virtutes secundū Dio. pertinet ad secundam Hierarchiam; ergo &c.

Dan. c. 14.

Aegid. super ij.Sent. Tt 2 Præ-

Præterea Potestates pertinent ad secundā Hie
tarchiam, & sunt infra virtutes secundum Dion.
sed virtutes, ut probatur est, mittunt ad exterio-
ra, multo ergo fortius, & Potestates. Nō ergo om-
nes de secunda Hierarchia assistunt.

Resolutio Artic.

Dæmon Deo assilit non propriè, & per se. assilit. n.
per accidens obsequendo Deo, quatenus ab ipso
cognoscitur, ipsique subest punienti, si autem alli-
quando obsequium in bonum feratur, id præter
Dæmonis intentionem esse dicimus.

Assisto, va-
de ex Hu-
gutione
Grammati-
co dicatus.

Euphonica
græciæ lati-
næ confon-
tia.

Loca 2.

Assistere du-
plex.

RE S P O N D E O dicendum, ad quæstio-
neum primam eum quæritur: Vtrū mali
Angeli Deo assistant, q̄ assistere compo-
nitur cum ad, & sisto, & secundum Hugutionē
idem est, quod iuxta, vel circum ad seruitum li-
stere, causa tamen euphoniaz scribitur assistere p̄
duplex, scilicet compositio tamen sua est ex ad, & liste-
re, sicut compositio de subsistere est ex ab, & liste-
re, vt sicut ille dicitur absistere, qui longe listit: sic
ille assistere, qui circum, vel iuxta ad seruitum
listit, nam assistētia in obsequiū sonat, vt ex Hu-
gutione patete potest, cum ergo sistere uno mo-
do idem sit, quod præsentare: vt Hugutio ait: Iu-
xta illud Euangelij: Ut sisterent eum Domino, i.
præsentaret. Idem erit assistere, q̄ præsentialiter
alicui seruite. erit enim assistere, quasi ad seruitū
alicuius sistere, i.ad seruitum eius se præsentare,
vel præsens esse. Sed illa dicuntur esse præsentia
alicui, quæ sunt nota sibi. Vnde in præsentia ali-
cuius dicuntur fieri, quæcumque eo inspiciente
sunt. Præsentate se ergo ad seruitum Dei, vel es-
se aliquid præsens ad seruitū eius dupliciter po-
test intelligi, vel quia à Deo inspicitur in huin-
modi seruitio, vel quia ipse Deum inspicit, cum
ei seruit, & hoc modo præsentialiter sibi seruit.

Primum quidem modo omnis creatura assistit
coram Deo, quia omnis creatura est ordinata in
obsequium Dei, & omnino subest Deo, etiam ip-
sa malæ voluntates subsunt Deo. & si non sub-
sunt Deo præmianti, & gratiam largiēti: subsunt
ei punienti, & pœnam inferenti: sed si accipimus
præsentialiter esse ad seruitum Dei, non solum
quia à Deo immediate inspicitur, sed etiam, quia
ipsum immediate inspicit, vt ille dicitur Deo as-
sistere, qui Deo seruit, ipsum immediate inspiciē-
do, oportet, quod multis modis accipiatur assiste-
re, secundum q̄ multis modis Deus dicitur im-
mediate videri. Nam quoties multiplicatur v-
num oppositorum, toties multiplicatur & reli-
quum: vt quot modis Deus videtur mediate, &
per medium, tot potest intelligi, videri immedia-
te, & sine medio.

Potest autem aliquid dici nō immediate vide-
re Deum, quia caret intellectu, per quem potest
apprehendī Deus. Cum enim Deus reluceat in
omnibus, quicunque videt aliquid, quacunq; vi-
sione videat illud, dicitur videare illud, in quo re-

Deum vide-
re media-
te, quod me-
ditat.

Quæst. I.

A lucet Deus: non tamē propter hoc dicitur imme-
diata videre Deum; immo dicitur non habere se-
cundum notitiam præsentem Deum, quia non
habet intellectum, per quem apprehendit Deus.

Secundo modo dicitur aliquid non immedia-
te videre Deum, quia & si habet intellectum, per
quem potest videri Deus, habet tamen corpus
mortale, per quod retardatur à visione Dei, iuxta
illud Exodi: Nō videbit me homo, & vivet. i. q̄.
diu viuit in hac vita mortali. nullus enim purus
homo, quād diu viuit in hac vita mortali, pōt
immediate videre Deum, nisi esset sic à sensibus
abstractus, & raptus, q̄ nesciret utrū esset in cor-
pore, vel extra corpus, sicut Paulus raptus ad ter-
rificum, etiā in hac vita mortali vidit Deū.
Exodi 17. 2. Cor. 12.

Tertiò modo dicitur aliquid non immediate
videre Deū: quia vtitur sensibus corporalibus,
per quos distrahitur à consideratione Dei. quia
vt dicitur Sapientiæ: Corpus, quod corruptitur,
aggravat animam, & terrena dubitatio deprimit
senium multa cogitantem. In hac enim vita mor-
tali aggra uatur anima per corpus, ne tendat in
Deum, & deprimitur per sensum multa cogitan-
tem, ne feratur in ipsum. Dicimus autem hoc el-
se in vita mortali, quia in resurrectione, vt Aug.
ait circa finem super Gen. ad litteram. Corpus
tunc erit animæ gloria, quod nunc est sarcina.
Tomo 3.

Quarto modo dicitur aliquid non immedia-
te videre Deum, quia impeditur per culpā, sicut
dictum est per Prophetam, q̄ iniquitates vestræ
diuiserunt inter vos, & Deuni vestrum.
Esa. 59.

Quintò modo dicitur aliquis non immediate
videre Deum, quia si non impeditur per culpat,
non tamen perficitur per consummatam gratiā.
Nam soli illi immediatè, & clare, & facie ad facie
dicuntur videre Deum, qui non solum caret
culpa, sed etiam sunt in gloria, & habent consum-
matam gratiam.

Quinque ergo sunt causæ non immediatè vi-
dendi Deum, prout ad præsentem quæstionem
spectat, videlicet carentia intellectus, grauitas cor-
poris, distractio sensus, infectio culpe, & imperfe-
ctio gratiæ. Et sicut propter hæc quinque dicitur
aliquis non immediatè videre Deum, sic
quandoenque aliquid istorum subtrahitur ab
aliquo, ille aliquam immediatam visionem hæc
ad Deum, vt ille, qui habet intellectum, immedia-
tam cognitionem habet ad Deum respectu eius,
qui intellectu caret, quia potest tanquam imme-
diatum obiectum habere ipsum, siue habeat ip-
sum immediatum obiectum cognoscendo, quia
est, siue aliter, sic etiam magis immediatā cogni-
tionem habet ille, qui non solum intellectum ha-
bet cognoscētum, sed etiam, qui caret corpore
aggravante, etiam caret sensu distrahente: & ad-
huc magis immediatè videt, qui non habet cul-
pam impedientem: & ille potissimè immediatè,
qui habet gloriam, & gratiam consumma-
tam.

Cū ergo quæritur, utrū Angeli mali Deo assi-
stāt, vel utrū Deo præsentialiter seruant, vel dicant
Deo præsentialiter seruite, q̄a à Deo pñaliter,
&

Demones
quomodo
Deoassistat.

Artic.

Dei cognitio duplex.

Tomo 3,
cap. 1.

Sathan quo modo dicitur esse inter filios Dei. Iob 1.

Diximus quod Deo sequens isti luditur.

Diabolus initium figuræ Dei Vide vaticanam lectionem d. 3 p. 2. in fronte.

Diabolus illuditorum.

& immediate cognoscuntur, cum seruiunt: vel quia eum immediate, & præstantialiter cognoscunt. Si primo modo, cum dupliciter sit Dei cognitionis: una simplicis notitia, & alia approbationis. Insuper cum notitia approbationis possit duplex esse, una quantum ad genus operis, & alia quantum ad intentionem facientis, tribus modis potest secundum primum modum intelligi, quod Diabolus Deo assistat, vel quia cum ei fertur, à Deo simplici notitia cognoscitur, & sic quicunque Deo obsequitur, sibi assistit, quia quondamq; ei obsequitur, saltem ista notitia a Deo cognoscitur. Vel potest hoc secundo intelligi, q; Deo assistit, quia cum ei obsequitur, approbat eius opus, quatum ad genus facti, s; m quem modum etiam Diabolus potest dici, quod Deo assistat, quia multa de genere bonorum sunt per malos Angelos, sicut exercitatio electorum, & punitio malorum, sed si hoc intelligatur tertio modo, q; Diabolus Deo assistat, quia cum ei obsequitur, eius intentio approbat, sic nunquam Diabolus Deo assistit, quia & si facit aliquid de genere bonorum, semper facit illud mala intentione, secundum quem modum, & Augustinus ait. 4. de Tri. quod si aliqua vera Diabolus dicit, dicit ea intentione fallendi. Ideo & dominus Iob. j. non interrogavit a Sathan, quando affuit inter filios Dei, quid fecisti? sed unde venisti? Tunc enim & Sathan dicitur adesse inter filios Dei, quando facit aliquid de genere bonorum, & tunc notum est, quid faciat: sed notitia approbationis non est notum Deo unde Sathan venit, id est, qua intentione illud fecit, & quid mouit ipsum ad faciendum.

Aduertendum tamen, quod cum Diabolus facit aliqua de genere bonorum, dicitur adesse, quia si accidentaliter esse inter filios Dei, quia & si bonum facit, hoc est per accidens, cum semper intendat nocere, & malum facere.

Viso quomodo Diabolus potest dici assistere Deo, prout sic ei obsequitur, q; ab ipso immediate, & præstantialiter cognoscitur, & quantum ad genus operis approbat.

Restat videre, quomodo possit dici Deo assistere, quia ei obsequendo, ipsum immediate, & principaliter cognoscit, propter quod sciendum quod Diabolus non agit, vt obsequatur Deo, sed multoties in agendo deluditur, cognoscens quæ egit, nuisse in obsequium Dei, cum facit aliquid bonum instorum, quod fecerat in eorum detinimentum. Vnde Aug. 11. super Gen. dicit, q; Diabolus est initium figuræ Dei, quia præsciens eum propria voluntate malum, fecit ipsum utilem bonum. Et eo lib. ait, quod Diabolus illuditur, & est ille Draco, qui creatus est, vt illudatur ei, & tunc & illuditur Diabolo, quando de sua maluolentia consulit Ecclesia Dei, licet ergo Diabolus non intendat seruire, & obsequi. Multoties tamen videt se seruiuisse, & obsequium præstasse, & hoc præstantialiter, & immediate cognoscens potest dici, licet per accidens assistisse Deo: qui tot modis potest intelligi assistere, quot modis illu-

I.

465

sus præstans obsequium Deo potest surgere in immediatam cognitionem Dei, quod multis modis veritatem habet.

Primo quia habet intellectum, per quem potest habere aliqualiter immediatum obiectum Deum, sive, quia est: sive qualitercunque aliter.

Diximus quod modis Deum cognoscatur.

Secundo, quia non habet corpus, per quod ag grauetur in cognoscendo Deum.

Tertio, quia non habet sensum, per quem distractatur a tali cognitione, sed non assistit Deo, q; non habeat culpam, per quam impeditur ab huiusmodi cognitione, quilibet enim Diabolus non assistit hoc modo Deo: in statu tamen innocentiae hoc modo assistebat illi. Sed quinto modo, q; assistat Deo, quia habeat gratiam consummatam, per quam immediate feratur in ipsum, nec nunc assistit, nec unquam assistit, quia nunquam habuit huiusmodi gratiæ consummatam, nam & si aliqui ponant, quod fuit in gratia, intelligunt de gratia initia, non consummata.

Demon quæ Deo assistat.

Aduertendum tamen, quod omnes isti modi assistendi, qui possunt competere Diabolo, sunt secundum quid, quia sunt secundum aliquem modum, non simpliciter, & sunt per accidens, quia sunt præter intentionem Diaboli: cum assistere, vt patuit per Hugitionem, dicat præsentiam, non quamcunque, sed præsentiam obsequiosam, quod est contra intentionem Diaboli, quia licet, vt diximus multoties, Diabolo illuminatur, in tantum, quod ipse multoties se cognoscit obsequium præstasse bonis, nunquam tamquam ipse egit, quod fecit, vt obsequeretur, & in bonis iustorum, sed semper machinabatur ad malum.

Assistere, p. prie quid.

Et quia quæ sunt per accidens, & secundum quid, magis possunt dici non esse, quam esse; & si dicuntur talia esse cū determinatione, sunt concedenda, ideo magis dicendum est, Diabolus non assistere, quam assistere. Et si dicatur assistere, cū determinatione est concedendum, sicut conceditur in Iob, quod Sathan affuit inter filios Dei, vel, quod stetit ante Deum, cum hac tamen conditione adiecta, q; Deus quæsiuit ab eo: unde venisti? quia notitia approbationis non erat Deo notum, qua intentione Diabolus agebat, vel unde veniebat, id est, qua intentione mouebatur ad sua opera facienda.

Sathan inter filios Dei. Iob. 1. Huc locum perpende.

R E S P. A D A R G. A R T.



Diximus quod primum patet solutio per iam dicta, quia expositum est, quomodo Diabolus fuit inter filios Dei, & assistit coram Deo, quia hoc fuit per accidens, & secundum quid, prout aliqua fecerat de genere bonorum, ipse tamen ea agebat mala intentione, vt sic diceretur assistisse, prout ex eius malis operibus eliciebat aliquod bonum, quod per accidens est. Accidit enim, q; mala ordinentur in bonum.

Et per hoc patet solutio ad secundum, q; hoc modo dicitur Diabolus egredi a facie Dei, quia & si

Diximus quod egredissa facie Dei.

Aegid. super ij. Sen. T t 3 est

est coram Deo, faciendo ea, quæ vult Deus: ipso tamen, quantum est de se, egreditur a facie Dei, quia non facit ea illa intentione, qua vult Deus. propter quod, & si hoc modo dicatur assistere Deo, erit secundum quid, & per accidens.

Angeli in sua creaturae quæ ratione do riserunt res in verbo.
Ad tertium dicendum, quod Angeli a sui conditione viderunt res in verbo, quia a sui conditione cognoverunt verbū diuinum esse causam rerū, nam agere per intellectum est verbo agere, cum semper intellectus intelligendo formet verbum. Vtrum autem huiusmodi verbum sit persona realiter distincta est supra rationem, & intellectum creatum, quia ductu naturalis rationis Trinitas sufficienter sciri non potest: sed, quod Deus intelligit se, & est dare verbum diuinum: & quod Deus diligit se, & est dare diuinum amorem: & quod Deus intelligendo, & volendo se intelligit, & vult alia; & quod diuinum intelligere, & eius verbum, & velle diuinum, & eius amor sunt causa productionis rerum, solo ductu rationis sciri potest, nec tamen propter hoc ductu rationis scietur Trinitas personarū, quia diceret aliquis Gentilis, siue Philosophus, quod huiusmodi diuinum verbum, vel diuinus amor, nullo modo differunt realiter a Deo, sed diligente, & concipiente verbum, & se volente, & producente amorem. quod quamvis falsum sit, & vere in hoc consistat Trinitas personarum, quod Deus pater se intelligendo concipit verbum, & quod patet, & verbum se diligendo spirant amorem: & quod ex hoc sunt ibi tres persona realiter differentes. Ista tamen veritas, & huiusmodi realis differentia sufficienter per rationes probari non potest.

Redeamus ergo ad propositum, & dicamus, quod Angeli naturaliter a principio, ex quo fuerunt conditi, potuerunt cognoscere diuinum verbum esse causam omnium rerum, quamvis ipsum diuinum verbum, secundum suam essentiam non viderent. & quia res cognoscitur in sua causa, & potissimum cum scitur, quod eius est causa, poterant Angeli a sui conditione hoc modo cognoscere res in verbo. Cum ergo arguitur, quod videre res in verbo, est Deum intimè contemplati; patet, quod videre sic res in verbo, sicut Angeli naturaliter a sui principio videre poterant, non est Deum videre per essentiam, nec est ipsum intimè contemplati.

Vel possumus dicere, quod Angeli a sui conditione, id est, parum post suam conditionem, viderunt res in verbo, quia modica fuit morula inter creationē omnium Angelorum, & lapsum malorum, & confirmationem bonorum. Sed ex hoc non habetur, quod Angeli mali viderint res in verbo, loquendo de visione verbi per essentiam, sed solum, quod boni.

Ad quartum dicendum, quod Angeli sunt bene nati ad sciendum, & eadem sunt magis nota eis, & naturae, loquendo de his, quæ possunt intelligere naturaliter: nos autem sumus male nati ad sciendum, quia etiam de his, de quibus possumus naturaliter scire, non solum, quia sunt, sed

Angeli bene nati ad sciendum.

Hōmaliē nati ad sciendum.

quid sunt, prius cognoscimus minus nota natura, quam magis nota: vt prius cognoscimus effectus, quam causas: immo ipsa accidentia, quæ sunt causata a principijs subiecti, conferunt magnam partem ad cognoscendum, quod quid est ipsius subiecti, vt dicitur in primo de anima.

Sed ex hoc non sequitur, quod Angeli Deum, q. est manifestissimus in natura, potuerint per essentiam cognoscere cognitione naturali: cum hæc cognitio sit supra naturam cuiuscunq; intellectus creati, sunt. n. Angeli pleni formis, & sunt quasi in actu respectu eorum, quæ possunt cognoscere naturaliter, non autem respectu eorum, quæ supernaturaliter tantum possunt intelligi. Dæmones ergo quantumcumque eis remanserint naturalia integra, & splendidissima; non tamen propter hoc intimè contemplantur Deū, nec vident eum per essentiam, nec vñquam viderunt, nam Diabolus propter suam quidem superbiam de cœlo corrut, & amotus est impius, ne videret gloriam Dei.

^{t. de anima.}
^{l. 11.}

Angeli pleni formis.

Resolutio Dub. I.

Omnis Angeli boni Deo assistunt, quatenus assistere dicit contemplari, & ad exteriora non mitti, idque non propriè.

Cid autem, quod quærebatur, utrum omnes assistant. Dicendum, quod duplicitate possumus soluere hanc questionem. Pimo distinguendo de assistere, secundum, quod potest suini positivè, & negativè. Secundo possumus hoc soluere distinguendo de ipso assistere, prout sumitur politiue tantum.

Propter quod sciendum, quod sicut primum habet duplicitem acceptiōnem, vnam politiūam, vt dicatur primum, post quod sunt alia, secundum quem modum loquitur Philosophus in 2. Metaphys. quod primum in quolibet genere est causa omnium aliorum. Alia autem acceptiōnem habet negatiūam, vt dicatur primum, ante quod nihil sit: sic & assistere potest accipi positivè, vt dicatur assistere idem esse, quod intimè contemplari. Alio modo potest accipi negatiūe, vt dicatur assistere idem esse, quod ad exteriora non mitti, quæ duæ acceptiōnes licet se concomitent in hoc nomine primum, quia nihil est ante ipsum, secundum quod huiusmodi est, & oportet, quod ab ipso, & post ipsum sint alia: non tamen se concomitant absolutè, in eo, quod est assistere, vt semper acceptio positiva concomitetur negatiūam, vel econuerso. nam aliqui intimè contemplantur, qui ad exteriora non mituntur: & aliqui ad hæc exteriora mituntur, qui intimè non contemplantur. Nam Apostoli, qui latino sermone dicuntur missi ad explenda hæc exteriora ministeria pro salute electorum, missi fuerunt, nec tamē ex hoc intimè contemplabantur. Cum

Cum ergo quæritur: Vtrum omnes angelii boni assistant: si loquimur de assistere, prout dicitur positivè tantum, & prout idem est, quod intimè contemplati, & videre Deum per essentiam: sic omnes assistant, sed hoc modo de assistere non loquimur. Alio modo potest sumi assistere: prout vtrumque complectitur, & prout dicit quid positivè, & quid negativè, & prout idem est, quod intimè contemplati, & ad exteriora non mitti: & sic non omnes angelii assistant, quia non omnibus competunt ista duo, quod intimè contemplentur, & ad exteriora non mittantur, sed solù hæc competit superioribus angelis, & hoc modo loquimur de assistere, prout dividitur contra ministrare, quod est ad exteriora mitti.

Verum quia intellectus hominis non quietescit, oportet de ipso assistere, vt sumi positivè, distinctionem facere, quia, vt dicitur circa finē secundi Eléch orū, semper in non facere intelligitur facere, & omnino in negatione dictio. i, affirmatio. Nam nulla est negatio, quæ non fundatur super aliqua affirmatione. Ideo semper intellectus negationis habet in se intellectum affirmationis. Si ergo hæc duo importat assistere, intimè contemplati, & ad exteriora non mitti: istud ad exteriora non mitti, alicui positivo inniti, vel alicui positivo opponitur, ratione cuius hoc negatur. Nam loquendo de huiusmodi locutionibus, cum constantia subiecti, nihil ab aliquo negatur, nisi quia de ipso aliquid affirmatur, ratione cuius illud negatur ab eo. Dicemus ergo, quod cōuenit, aliquem intimè contemplari, cui secundum ordinem diuinatus promulgatum, re pugnat, ad exteriora mitti.

Propter quod sciendum, quod omnes angelii faciunt unam quandam societatem, & unam quādam ciuitatem, & constituant tres Hierarchias & 9. ordines. Nam non solum omnes boni angelii, sed etiam omnes homines electi, una cū bonis angelis, facient unam ciuitatem, & unam societatem, vt vult Aug. 12. de Ciu. Dei, circa principium. Assistere itaque, & intimè contemplari, vel potest sumi quantum ad statum beatitudinis, qui competit toti societati Angelorum, vel quārum ad conditionem Hierarchiarum, vel quārum ad distinctionem ordinum. Primo modo assistere, & intimè contemplari, idem est positivè loquendo, quod Deum per essentiam videre. Nā hæc est beatitudo nostra, & hæc erit vita eterna, vt cognoscamus Deum verum clare, & aperte. Et quem misit Iesum Christum, vt dicitur Io. 16. ita tamen, q̄ istud videre clare est vita eterna, prout includit diligere, quia si esset visio clara sine dilectione, si esset possibile, non essemus ex hoc felices, sed miseri. Nam videre & cognoscere esse in altissimo statu, quem non diligimus, non adgenerat in nobis gaudū, sed dolorem; sic ergo sumendo assistere positivè, quod est idem, quod videre Deum per essentiam, habet suum negativum oppositum, quod est nō videre per essentiam, sed videre solum Deum per speculum in anigmate, vel in effectibus, & in ali-

A quo simili, & sic assistere competit omnibus angelis bonis, quia omnibus competit præfatu positivum, & ab omnibus remouetur suum op̄positum negativum. Secundo modo potest accipi assistere secundum conditionem Hierarchiarum. Dicebatur enim, quod Hierarchia distinguntur secundum modum accipendi illuminationes, secundū quod ibi illuminationes recipiuntur in ipso fonte, sive in ipso Deo, & hæc est Hierarchia prima, quæ immediate illuminatur à Deo, & quæ sic intimè contéplatur, quia non solum videt Deum per essentiam, quod competit omnibus beatis, sed & in ipso Deo cernit, & videt leges, & rationes, secundum quas Deus disposuit uniuersum gubernare, & saluare electos. Aliqui autem non possunt has leges, & rationes immediate videre in ipso Deo, sed vident ea in quibusdam uniuersalibus conceptibus, & rationibus, & hic est modus Hierarchia secundæ, q̄a à prima Hierarchia per quosdam uniuersales conceptus docetur, & illuminatur. Aliqui autem nec in ipso Deo immediate: nec in illis uniuersalibus conceptibus sufficiunt ad vident illas leges, & rationes: sed oportet, quod eis talia magis particulariter proponantur. Et iste est modus Hierarchia tertiae, quæ hoc modo illuminationes recipit à secunda, ergo quantum ad receptiones illuminationum, per quas distinguuntur Hierarchia: possumus dicere, quod positivè loquendo, idem est assistere, quod immediate illuminari à Deo de gubernatione mundi, & salute electorum, quod positivum habet suum oppositum negativum, quod est non illuminari hoc modo immediate à Deo, & sic assistere non competit omnibus angelis, sed soli Hierarchia primæ, quia sola illa hoc modo immediate illuminatur à Deo: ideo Dionys. de illa Hierarchia loquens. 7. de Ange. Hierarch. ait, quod immediate collocatur circa Deum. Et in eodem c. infra dicitur, quod huiusmodi angeli primæ Hierarchia sunt collocati velut in vestibulis ipsius Dei. Tertio modo potest accipi assistere secundum distinctionem ordinum. Ordines autem, vt supra diximus, distinguuntur penes officia, q̄a quilibet ordo habet suum officium. Secundum hoc ergo assistere, idem est, quod habere officium pro gubernatione mundi, & salute electorum, ad exteriora tantum positivè loquendo. quod positivum habet oppositum negativum, quod est non habere officium ad exteriora, vel non mitti ad exterioria, & sic propriè loquimur de assistere: vt illi dicantur assistere, qui secundum suum officium ad exteriora non mittuntur. Hoc modo assistere competit non solum Hierarchia primæ, sed etiam omnibus ordinibus, qui nō mittuntur ad exteriora. Potest enim contingere, q̄ aliqui angelii circa gubernationem mundi, & salutem electorum non immediate illuminentur à Deo: nec mittuntur ad exteriora, idest huc inferiori ad nos: sed solum secundum illuminationes, quas recipiunt à superioribus angelis dirigant inferiores Angelos: ita, quod nunquam ad exteriora

Negatio
semper fun-
datur super
affirmatio-
ne. Elencho
num 2.

Assistere
quid.

Io. 16.

riora mittantur, sed solum secundum hunc modum cooperantur ad salutem nostram; & tales Angeli dicuntur assistere non secundum conditionem Hierarchiarum, quod immediate illuminantur a Deo, sed secundum distinctionem ordinum, quia exteriora officia non excent.

RESP. AD ARG. DVB. I.

*Angeli omnes quomo-
do semper
assistunt.*

AD primum dicendum, quod omnes angeli semper sunt ante faciem Dei, quia hoc modo semper assistit sibi, prout assistere sumitur secundum statum beatitudinis, non autem secundum conditionem Hierarchiarum: nec vt sumitur secundum distinctionem ordinum. Ad formam autem arguendi dicendum, quod non est simile de Rege aliquo temporali, & de Deo, quia huiusmodi rex temporis corporali sensu cernitur, & ubique esse non potest: ideo ministri eius cum ad exteriora mittuntur, non amplius vident faciem Regis, quia cognitio sensitiva ex distantia tollitur: & huiusmodi Rex ubique esse non potest, vt eum sui ministri semper valeant contemplari. Deus autem intellectuali cognitione cognoscitur: qui per localem distantiam non tollitur: Dato tamen, qd per localem distantiam tolleretur, non tamē tolleretur quin esset ipse Deus ubique, vt angeli ad exterius destinati, & inferius missi semper Deum in seipsis habeant, & semper Deum facie ad faciem videant. Sic ergo angeli ad exteriora mittuntur, quod tamen ab intimis non recedunt, qd semper Deum praesentialiter vident.

Ad secundum dicendum, quod assistere, vt hic de assistere loquimur, est Deum sic intimè contemplari, quod ad exteriora non mittatur, licet ergo omnes intimè contemplentur, quia non retardantur per corpus, nec impediuntur per culpam, nec distrahitur per sensus, ideo ipsum clare, & per essentiam cernunt; non tamen omnes sic intimè contemplantur, quod ad exteriora officia minimè deputentur.

Ad tertium dicendum, quod assistere, vt hic de eo loquimur, est non solum esse ante faciem Dei, & ipsum Deum in se habere: sed, vt saepius diximus, est ad exteriora non mitti.

Resolutio Dub. II.

*Angeli ex secunda Hierarchia non assistunt omnes.
Idque patere potest, si assistere eo modo
capiatur, quo hic sumi debet.*



D id autem, quod queratur, virum omnes de secunda Hierarchia assistant: dicendum, qd, vt patuit, hic de assistere loquitur, non vt sumitur respectu beatitudinis, quod est Deum immediatè, & per essentiam videre, quod omnibus competit, nec quantum ad conditionem Hierarchiarum, secundum quem modum idem est

Quæst. I.

A assistere, qd à Deo immediatè illuminari, sed loquimur de assistere quantum ad officia Angelorum, secundum quæ ordines distinguuntur, secundum quem modum idem est assistere, quod ad exteriora officia minimè deputari. Propter quod ex ipsis officijs Angelorum clare sciri potest, qui assistunt, & qui ministrant. Nam quantu[m] ordines, videlicet Seraphin, Cherubin, Throni, & Dominationes assistunt, & ad exteriora officia non mittuntur: Reliqui verò quinque ordines ministrant, & huc ad nos descendunt, & sunt ad exteriora officia deputati. Omnes enim sunt nuncij ministerio interiori, vel exteriori, & omnes operantur ad salutem electorum, & in hoc Deo ministrant, & obsequuntur, iuuando electos. sed aliqui iuuant eos exequendo ministeria interiora, & isti dicuntur assistentes: aliqui exequuntur exteriora, & isti communia nomine dicuntur ministrantes. cum ergo Throni immediate videant in ipso Deo secretas leges, & rationes circa gubernationem mundi, & salutem electorum, & hoc modo iuuant nos ad salutem nostram illa secreta alijs reuelando: & cum Cherubin non solum secreta, sed etiam secretiora concernant, & Seraphin non solum huiusmodi secreta, & secretiora, sed etiam secretissima videat, & hoc modo cooperantur ad salutem nostram, talia secreta, secretiora, & secretissima inferiorum angelos edocendo: patet, qd huiusmodi tres ordines, & per consequens tota suprema Hierarchia, & immediatè illuminatur a Deo de spectabilibus ad electorum salutem, & non deputatur pro huiusmodi salute ad exteriora officia. propter quod tota talis Hierarchia: omnib[us] tribus præfatis modis dicitur assistere. quia, & Deum immediatè vider, & ab ipso immediatè illuminatur, & non est ad exteriora officia deputata. Dominationes verò, quæ sunt supremus ordo secundæ Hierarchiæ, sic iuuant nos ad salutem, quod non habent officium ad exteriora deputatum. Nā hoc est eorum officium, qd sunt Architectores operum, & solum præcipiunt, & imperant inferioribus angelis, quæ sunt agenda pro gubernatione mundi, & salute electorum. Hoc autem possunt facere absque eo, qd ad nos descendant, & ad exteriora mittantur, nam cognitionem intellectuali non impedit localis distantia. Existentes enim in cœlo, possunt hoc præcipere, & imperare angelis, qui sunt in terra. Propter qd patere potest, quod unus Angelus non illuminat alium aliquid in ipso directè agendo, quia Dominationes fortè non assistent, sed mitterentur, & solum hoc faciunt veritatem aliquam cognitam aliorum intellectui proponendo. Nam licet proponere veritatem intelligibiliter eo modo, quo proponunt angelis; & licet cognitionem speculativam non impedit, vt communiter ponitur, localis distantia, propter quod angelus hic in terris speculari possunt veritatem, quam proponunt angelii in cœlis superius assistentes, actionem tamen practicam localis distantia impedit, quia, vt patet per Dam. lib. i. 16. substantia spiritualis

*Afflentes
propriæ qd
sunt.*

C propter quod tota talis Hierarchia: omnib[us] tribus præfatis modis dicitur assistere. quia, & Deum immediatè vider, & ab ipso immediatè illuminatur, & non est ad exteriora officia deputata. Dominationes verò, quæ sunt supremus ordo secundæ Hierarchiæ, sic iuuant nos ad salutem, quod non habent officium ad exteriora deputatum. Nā hoc est eorum officium, qd sunt Architectores operum, & solum præcipiunt, & imperant inferioribus angelis, quæ sunt agenda pro gubernatione mundi, & salute electorum. Hoc autem possunt facere absque eo, qd ad nos descendant, & ad exteriora mittantur, nam cognitionem intellectuali non impedit localis distantia. Existentes enim in cœlo, possunt hoc præcipere, & imperare angelis, qui sunt in terra. Propter qd patere potest, quod unus Angelus non illuminat alium aliquid in ipso directè agendo, quia Dominationes fortè non assistent, sed mitterentur, & solum hoc faciunt veritatem aliquam cognitam aliorum intellectui proponendo. Nam licet proponere veritatem intelligibiliter eo modo, quo proponunt angelis; & licet cognitionem speculativam non impedit, vt communiter ponitur, localis distantia, propter quod angelus hic in terris speculari possunt veritatem, quam proponunt angelii in cœlis superius assistentes, actionem tamen practicam localis distantia impedit, quia, vt patet per Dam. lib. i. 16. substantia spiritualis

tualis vbi operatur, ibi est. Si ergo angeli superiores illuminarent inferiores directe aliquid in eos agendo, non possent angeli existentes in cœlis illuminare alios existentes in terris. Diximus autem supra, quod si Angeli se illuminando in se directe agerent, & si localis distantia illuminationem Angelorum impedit, quod forte Dominationes dicerentur mitti. vbi ideo addimus forte, quia etiam dato, quod localis distantia, huiusmodi illuminationem impedit, adhuc non oporteret Dominationes ad hæc infra tota destinari: sed sufficeret, quod huiusmodi dominationes imperaret angelis existentibus in cœlis, quæ essent agenda pro salute electorum, qui poitea ad terram descendentes, inanciparent effectui, quæ essent eis à dominationibus imperata: Rationabile tamē est ponere, & videtur textui Euāgelij consonare, quod localis distantia illuminationem angelicam nō impediat. Ita, quod angelii ad custodiam puerorum, & ad custodiam hominum deputati in terris, vident faciem Dei in cœlis, & illuminari possunt ab angelis, qui sunt in cœlis. Quilibet enim beatus, vel quilibet angelus bonus videt Deum in seipso, & videt Deū in alijs, & cum Angeli mittuntur de cœlo ad terram, adhuc vident Deum in seipsis, & vident Deum in angelis, qui sunt in cœlis: ita, quod Deus, qui est in cœlis, & ut est in angelis, qui sunt in cœlis, videtur ab angelis, qui sunt in terra: & sicut Angeli existentes in terra vident Deū in se ipsis, & vident ipsum in angelis existentibus in cœlis: sic poslunt quamcunque veritatem propositam ab huiusmodi angelis in cœlis cognoscere, ut nullo modo oporteat dominationes ad hæc inferiora mitti, sed in cœlis existentes possunt illuminare angelos existentes in terris, & possunt quæcunque agēda sunt imperare, & veritatē quorūcunq; imperandoū pponere.

Qualitercunque autem ista fiant: communiter tamen ponitur. Dominationes ad hæc inferiora non mitti, reliqui autem quinq; ordines, ut clare patet ex eorum officijs, ad hæc inferiora destinantur. Nam si ad virtutes spectat & miracula facere, & legibus naturæ obuiare, & corporalibus præesse: oportet, quod hæc fiant prout hic inferius aliqua insolita agutur, & quia substantia spiritualis vbi operatur, ibi est; oportet virtutes ad hæc inferiora destinari. Sic etiam, & si potestates præsunt Potestatibus aduersis, impediendo eos, ne nobis noceant: oportet, quod in nos aliquas operationes habeant, & per consequens, quod ad hæc inferiora mittantur. Sic & principatus, qui præsunt populis, & regnis: & Archangeli, quibus committuntur nuncianda maiora: & angeli, q.b^o minora: oportet, quod operationes habeant aliquas hic inferius, & quod ad hæc inferiora mittantur.

R E S P. A D A R G. D V B. I I.

AD primum dicendum, quod illi de tercia Hierarchia quantū ad gubernatio nē mundi, & salutē electorum illuminantur à Hierarchia secunda, & reducunt hoc

A modo in Deū per secundā, sed hoc nō obstante, quod angeli secunda Hierarchia habēt actiones suas in angelos tertiae: habēt et aliq de secunda Hierarchia, & virtutes, & potestates actiones alias hic inferius, ratione quatū ad exteriora mittuntur: Sic et, & principatus, qui sunt supremus ordo tertiae Hierarchie, habent actiones suas in Archangelos, & Angelos, sed hoc nō obstante: habēt etiam actiones suas hic inferius; unde eis competit ad exteriora transmitti.

Ad secundū dicendum, quod sustinere possumus, quod plures sint assistentes, quam ministrantes, & tamen plures ordines ministrant, quam assistat. Nā sicut hic inferius semp superiora corpora sūt majoris continētia, quam inferiora; vt aqua decupla creditur esse ad terrā; aer ad aquā, & ignis ad aerem, & cælum incōparabiliter excedit hæc inferiora: sic possumus rationabiliter ponere, quod longè plures angelos contineant ordines superiores, quam inferiores. propter quod & si plures sint ordines ministrantes, quam assistentes: hoc non obstante: longè plures possunt esse, & sunt angelii assistentes, quam ministrantes.

Ad tertium dicendum, quod modus recipiendi diuinum lumen in vna, & eadem Hierarchia, habet valde magnam latitudinem. Nam, & si tota secunda Hierarchia recipit diuinum lumen in quibusdam vniuersalibus conceptibus, ipsi tamē vniuersales conceptus poslunt esse magis, & minus vniuersales: ita, quod Dominationes vniuersali modo recipiunt diuinum lumen, quam virtutes, & potestates: ratione cuius cōpetet eis altius officium, ut ad eas solum spectet esse Architecōres, & imperate, quod sunt agēda: & quia hoc fieri potest absque eo, quod ad exteriora mittantur: ideo Dominationes non ponuntur esse ministrantes, sed assistentes: quamvis virtutes, & potestates ministrantes esse ponantur.

Q V A E S T I O I I.

De Angelorum missione.

IR C A secundum priucipale: vt circa missionem Angelorum primū queratur: Vtrum Angeli mittantur.

A R T I C. I.

An Angeli mittantur. Conclusio est affirmativa.

D. Tho. 1. p. q. 112. art. 1. Et ad Hebr. 2. lect. 6. D. Bonav. d. 10. art. 1. q. 1. Ric. d. 10. q. 1. Th. arg. 1. d. 10. q. 1. art. 1. Biel. d. 10. q. 1. Anto. Andr. d. 10. q. 1. Nic. de Nijle. tr. 2. p. 2. q. 1.



T videtur, quod non. Quia frustra mittitur nuncius, vbi præsēs est Dominus, sed Deus est vbique præsens, ergo nūquam suos angelos destinat. Præterea modus actionis sequitur modum naturæ: cum ergo angelus sit naturæ

Angeli assi-
stentes an
sint plures
ministra-
tibus.

tutæ intellectualis; oportet, quod intellectu-
ter agat, sed actio intellectualis est abstracta ab
hic, & nunc, & non respicit determinatum lo-
cum. ille autem, qui mittitur, pergit ad determi-
natum locum, mitti ergo repugnat Angelis.

Præterea missio diuinæ personæ sufficit ad
quæcunque agenda. Cum ergo semper fuerit mis-
sio diuinarum personarum, saltem missio inuisi-
bilis, secundum, quod Pater mittit in mentem
nostram Filium; & Pater, & Filius Spiritum san-
ctum: & secundum, quod tota Trinitas dicitur
ad nos venire. quo posito, superfluit quæcunque
missio Angelorum.

Præterea cœlum Empyreum, vbi assistunt An-
geli, est locus pertinens ad dignitatem. sed secun-
dum Dam. lib. 2. c. 3. Cum Angeli sunt in terra,
& cum ad terram à Deo mittuntur, non remanent
in cœlo. derogatur ergo dignitati eorum, si cœ-
lum deserentes ad terram mittuntur, ergo &c.

Præterea ministrare est inferioris naturæ: sed
Angeli sunt superiores nobis, ergo non mittun-
tur in ministerium nostrum.

THOB. 12. INTROD. CONTRARIO est, quia dicitur
Thob. Angelum dixisse Thobiae: Misit me domi-
nus, ut curarem te, & Sarah uxorem filij tui. Et
EXOD. 21. Exo. scribitur: Ecce ego mittam Angelū meum,
qui præcedat te, & custodiat in via.

Dub. I. Lateralis.
*An Angeli omnes mittantur Con-
clusio est negativa.*

D. Tho. 1. p. q. 111. articul. 2. Et 2. sentent. d. 10. articul. 1.
D. bonav. d. 10. articul. 2. q. 2. Ric. d. 10. q. 2. Scot. d. 10.
q. 1. Dur. d. 10. q. 1. Biel. d. 10. q. 1. & vide Doct. supra
citatos.

VITERIVS queritur: Vtrum omnes
Angeli mittantur. Nec est ista quæstio
eadem cum præcedeti, qua quæstum
est: Vtrum omnes assistant, possunt enim
diuidi Angeli in assistentes, & ministrantes: ve
dicantur illi ministrantes qui ex officio habent
quod ministrant: & illi assistentes, qui ex officio
habent, quod assistunt: Atamen ex aliqua subor-
ta causa, potest contingere, quod supremi,
& assistentes mittantur, sicut huiusmodi tem-
porales Regis, licet aliquos habeant ex officio de-
putatos ad mittendum: atamen pro aliquo ar-
duo negocio aliquos maiores de sua curia mit-
tunt, & etiam ipsi metu aliquando ad aliqua agen-
da pergunt.

Quæritur ergo, & si non ex officio, tamen ex
aliqua suborta causa, an omnes, quantumcunque
superiores Angelos, contingat mitti.

Esa. Et videretur, quod sic, quia dicitur Esa. Volavit
ad me unus de Seraphin, sed Seraphin est omni-
no supremus ordo, ergo &c.

Præterea ad Hebræ. dicitur, quod omnes sunt
administratorij spiritus in ministerium missi, er-
go & cætera.

Quæst. II.

A Præterea plus est mitti diuinæ personas, quæ
quoscunque Angelos superiores. sed ipse diuinæ
personæ ad nos mittuntur, ergo multo magis quæ
tuncunque superiores Angelii.

Præterea Angelus idem est, quod nuncius; sed
omnes communis nomine dicuntur Angelii, ergo
omnes sunt nuncij, & omnes mittuntur.

IN CONTRARIO est, Dio. 4. de Ange-
lica Hierarchia, dicens, quod lex diuinitatis est infe-
riora reducere in suprema per media, non ergo
omnes Angelii mittuntur, sed Angelii, qui sunt
medij inter nos, & superiores Angelos, ad nos
mittuntur, & per illos in Deum reducuntur,

Dub. II. Lateralis,

*An Angeli missi à contemplatio-
ne retardentur. Conclusio
est negativa.*

D. Tho. 2. sentent. d. 10. art. 4.

VITERIVS autem quæritur. Vtrum
Angeli cum mittuntur, a contempla-
tione retardentur.

Et videtur, quod sic, quia secundum
Philosophum possumus plura scire, intelligere
vnum tantum. cum ergo Angelii ministrant,
intenti sunt circa illud, circa quod suum ministe-
rium exercent, retrahuntur ergo ab omni alio in
tellectu, & per consequens retrahuntur à contem-
platione Dei.

Præterea potentia finita habet operationem fi-
nitam, & limitatam, & non potest simul in plu-
res operationes exire. sed Angelus cum sit crea-
tura est potentia finita, non ergo simul poterit
ministrare, & contemplari, cum ista sint opera-
varia, & diuersa.

Præterea nos, cum actioni insistimus, quod sit
per potentias sensitivas, impeditur à contem-
platione, quæ sit per potentiam intellectuam. sed
magis videtur, quod ministratio debeat impedi-
re contemplationem Angelii, cum hoc fiat per vñā
& eandē potentiam, scilicet, per intellectum, quā
nostra, cum hoc fiat per aliam, & aliam poten-
tiā. sicut agens per vñam manū magis impe-
ditur, ne ageret actiones plures, quam agens
per duas manus. ergo si in nobis impeditur con-
templatio per ministracionem, multo ergo for-
tius in Angelis.

IN CONTRARIO est, quia habetur
in littera, quod cū Angelii ad exteriora prodeunt,
ab intimis non recedunt, sed Dei præsentia, & co-
templationi semper assistunt.

Præterea in Euangelio scribitur, quod Angelii
eorum semper vident faciem patris. Angelii ergo
ad nostram custodiā deputati, a visione faciei
Patris, & a contemplatione faciei Dei non impe-
diuntur.

RESO.

Resolutio Artic.

Angeli mittuntur, & quidem congrue. Idque verò patet considerantibus Angelorum, reliquarum creaturarum, totiusque Vniuersi naturam: nec non Patris, Filii, ac Spiritus Sancti appropiatum.



Espondeo dicendum, ad quæstionem illam, cum quæritur: Vtrum angelii mittantur, q̄ primo vidēdū est, qd̄ est missio, quo viso apparere poterit; Vtrum angelis competit mitti, vel repugnet eis, quod mittantur. Secundo assignandæ sunt rationes, & causæ, quare dignū, & congruum sit, quod angelii mittantur. quia dato, quod mitti non repugnat angelis, & q̄ posset eis hoc competere; si tamen nulla esset ratio, vel causa, quare mitterentur, frustra esset eorum missio.

Mittere qd̄ si.
Pater cur nulquam mis-
sus.
Missio du-
plex.

Propter primū sciendum, q̄ hoc est mittere: operari, & agere per alium; eo enim ipso, quod quis operatur per alium, & maximè si ille, per quem operatur, est intellectualis naturæ, dicitur illum mittere, nullus ergo mittitur, nisi habeat virtutē ab alio, quia qui à nullo alto virtutē habet, nullus alius per ipsum operari potest. Ideo Augu. 2. de Tri. ca. 12. ait, quod Pater nusquam scripturarum nobis occurrit, quod fuerit missus, eo n. ipso, quod Pater non habet virtutē ab alio, nullus per ipsum operari potest, & per consequens non potest intelligi, quod mittatur. Duplicit ergo potest intelligi, quod aliquis mittatur, sicut duplicit potest intelligi, quod alius per alium operetur, quia, vel operatur per ipsum, quia incipit esse, vbi prius non erat, quod non potest esse sine mutatione sui: & hoc modo mitti non potest competere nisi creaturis: vel operatur per eum, quia incipit esse qualiter non erat, & sic mitti potest competere, & creaturis, & personis diuinis, eo enim ipso, quod Pater dat virtutem filio, ex hoc operatur per filium, & eo ipso, quod Pater, & Filius dant virtutes Spiritui Sancto, dicuntur operari per Spiritum sanctum, illud ergo opus, qd̄ est à Spiritu sancto, vt est ab eo, est etiam à Patre, & Filio, cum virtutem operari habeat Spiritus sanctus ab eis: & illud opus, quod est à filio, vt est à filio immediate, est à patre mediante filio, cum virtutem operandi dedit pater filio. Est ergo quodlibet opus à tota Trinitate, & à qualibet persona in Trinitate, quia indiuisa sunt opera Trinitatis, sicut indiuisa est eorum virtus, substantia, & natura, quæ enim habent indiuisam virtutem, & substantiam: operari, quod habeant indiuisam operationem, ut patet ex Dion. & Dam. sed licet quodlibet opus sit à Trinitate, & à qualibet persona, nō tamē est eodem modo à qualibet huiusmodi persona. Nam sicut est una, & eadem virtus, & substantia totius Trinitatis, & cuiuslibet personæ, non

Atamen huiusmodi virtus, & substantia est eodem modo in qualibet huiusmodi persona: vel quod idem est, non eodem modo habet huiusmodi virtutem, & substantiam qualibet persona, quia pater habet eam à nullo, filius habet eā à patre, spiritus sanctus ab utroque. Sic & ipsum operari habet filius à patre, & spiritus sanctus ab utroque.

**Filiij, & Spi-
ritus San-
cti mis-
sus.**

Quotiescumque ergo in creatura fit opus appropriatum filio, potest ex hoc dici mitti filius, quia illud opus operatur pater per filium: & si fiat opus appropriatum spiritui sancto, posset ex hoc dici mitti spiritus sanctus, sed si fieret opus appropriatum patri non diceretur ex hoc mitti pater, quia nullus operatur per patrem, quia nullus dedit patri substantiam nec virtutem, & per consequens nullus dedit sibi, quod operetur, vel agat, eo ergo ipso, quod Deus operatur per Angelos, dicitur mittere Angelos. sed, vt diximus, in personis diuinis potest esse missio uno modo tātum, vt dicatur persona diuina mitti, nō vbi nō erat, cū qualibet persona diuina sit Deus, & sit ubique, sed qualiter non erat; non per mutationem sui, sed per mutationem nostram: sed angelii utroque modo mittuntur, & vbi non erant, & qualiter non erant, & per mutationem sui, & per mutationem eorum, ad quos mittuntur. Mittuntur n. angelii, vbi non erant, cū mittuntur ad nos, vt cum ministrant nobis, & custodiunt nos: mittuntur qualiter non erant, cum mittuntur ad alios Angelos, & cum illuminant eos. Nam secundum Dam. lib. 1. cap. 16. Substantia spiritualis vbi operatur, ibi est. Et secundum eundem lib. 2. cap. 3. Angelii cum sunt in celo, non sunt in terra, ergo cum ministrant nobis, & operantur circa nos, desinunt esse in celo, & incipiunt esse vbi non erant. sed cum operantur circa seipso, vt cum unus illuminat alium, quia hoc localis distantia impedit non potest, non dicitur mitti vbi non erat, sed qualiter non erat, quia non erat ibi, vt illuminans alium, & incipit ibi tunc esse, vt illuminans ipsum. Cum ergo illam illuminationem operetur Deus in inferiori Angelo per superiorēm, dicitur Deus ad inferiorēm Angelum mittere superiorēm. Nec est inconveniens, quod huiusmodi missio superioris angelī, non solum cum mittitur, vbi non erat, sed etiam cum mittitur qualiter non erat, fiat per mutationem ipsius angelī missi. Incipit enim tunc Angelus sic missus, formare aliqua in intellectu suo, & proponere aliqua intellectu qualiter inferiori Angelo, quæ prius non proponebat.

Viso quid est mitti, & quod potest competere angelis, quod mittantur; volumus assignare rationes, & causas, quare dignum, & congruum est, quod Angelii mittantur. Possumus autem circa hoc assignare. 7. breves rationes, vt Prima sumatur ex parte nostra. Secunda ex parte Angelorum. Tertia ex parte creaturarum, quæ sunt in uniuerso. Quarta ex parte ipsius totius uniuersi. Quinta ex parte Dei, quantum ad propriatum

**Angelorū
missionis ra-
tiones que.**

Trinitatis
opera indi-
uisa: sed nō
eodem mo-
do sunt à
qualibet p-
sona.

propriatum Patris. Sexta ex parte Dei quantum ad appropriatum Filij. Septima, & ultima ex parte Dei quantum ad appropriatum Spiritus sancti.

Prima via sic patet: Nam ex parte nostra, ut quia nobis valde est necessaria ministratio Angelorum, & eorum custodia; ideo dignum, & congruum est, ut Deus, qui diligit omnia, quae sunt, & nihil odit eorum, quae fecit, quod ipse subueniat nobis creaturis suis, secundum, quod vident nos deficere, & necessitatem habere: & quia ipse videt nos habere bellum, & colluctationem aduersus principes, & potestates, & aduersus rectores tenebrarum harum, & aduersus spirituales nequitias, quae sunt nobis invisibilis, quibus non possemus resistere, nisi boni Angeli nos iuuarent: ideo dignum est, quod ad nos mittantur, & quod ad nostram custodiam deputentur.

Secunda via sumitur ex parte ipsorum Angelorum, cum enim debeamus esse ciues unius, & eiusdem ciuitatis; dignum est, quod nos inuicem diligamus: & quod nos inuicem iuuemus. Propterea ipsis ergo Angelos, ut manifestetur eorum dilectio ad nos, & etiam propter eorum meritum, quia in hoc saltem merentur accidentale praemium; dignum est, quod angeli nobis ministrerent, & quod deputentur ad nostram custodiam.

Tertia via sumitur ex parte creaturarum, quae sunt in uniuerso. Posset enim Deus omnia per se agere, sed, ut non sint superuacula opera sapientiae suae, & ut creatura sua non sint oculos; vult dignitatem suam comunicare creaturis, & vult infima reducere in suprema per media, & vult nos reducere per Angelos. Ex parte ergo ipsarum creaturarum non sint oculos, infima reducuntur in Deum per media, & homines per Angelos.

Quarta via sumitur ex parte totius uniuersi. Ipsum, n. uniuersum est quoddam totum, oportet ergo ipsum esse connexum, aliter enim huiusmodi totum non esset quid unum, & per consequens non esset totum. Omne enim totum dicit aliquam unionem, & connexionem partium, huiusmodi autem connexionio potissimum est ex eo, quod partes huiusmodi totius agunt, & patientur ad inuicem. Connexione enim superficialis, quae est per contractum exteriorem, modica est, sed connexionio virtualis, quae est etiam in profundo, est maior hoc, n. modo coniunguntur actiua passiua, prout per actionem profundat se agens in passo, siue profundet se directe, quando directe agit in ipsum: siue indirecte, quando non directe agit in ipsum, sed facit aliquid, quo facto sit aliquid in passo, & quia ista est potissima connexionio: ideo uniuersum, ut sit bene ordinatum, oportet, ut sit hoc modo connexum, quod semper superiora agant in media, mediis in infima.

Superiores ergo Angelii agunt in inferiores, inferiores in nos, ideo 7. de Di. no. scribitur, quod Deus omnia indissolubiliter concordas semper

A fines priorum coniunxit principijs secundorum. Fines ergo, & ultimos Angelos, qui carent corporibus, faciens eos operari circa nos, coniungit eos nobis, qui inter corporalia primatum tenemus.

Quinta via sumitur ex parte Dei, quantum ad appropriatum Patris, dignum est enim, quod Angeli sic operentur circa nos, quia in hoc manifestatur diuina auctoritas, & diuina potentia, quae operatur per tam excellentes creaturas, quae potentia appropriatur Patri.

Sexta via sumitur ex parte Dei, quantum ad appropriatum Filij, nam in huiusmodi ministratione, & missione, non solum relucet diuina potentia, quae potest operari per tam excellentes creaturas, sed etiam relucet ibi diuina sapientia, quam ordinatè gubernat mundum, quod semper inferiora reducit in superiora per media, & vult nos reducere in seipsum per Angelos.

Septima, & ultima via sumitur ex parte Dei, quantum ad appropriatum, Spiritus sancti. Relucet enim in hoc diuina bonitas, & diuina dilectionis erga nos, quae appropriatur, Spiritui sancto, quando tam excellentes creaturas deputat ad obsequium nostrum.

R E S P. A D A R G. A R T.



D primum dicendum, quod Deus est ubique praesens, & omnia posset per se ipsum facere. sed ut non sint superuacula opera sapientiae suae, vult dignitatem suam communicare creaturis: & vult, quod creaturæ

C suæ sint causæ, & agant actiones suas, & hoc modo inferiora corpora gubernentur per superiora: & homines ratione viventes tanquam inferiores gubernentur, & custodiantur per Angelos.

Ad secundum dicendum, quod Angelus agit intellectualiter, id est, agit per intellectum. sed actio intellectualis est duplex, una: quae est in ipso intellectu, & hoc non determinat sibi locum, immo magis abstrahit a loco, & a mundo, quia, ut dicit Augustinus 4. de Trinitate, inquantum aliquid æternum mente capimus, non in hoc mundo sumus.

Alia est autem intellectu aliis operatio, quae extendit se ad exteriorem naturam, prout Angelii agunt aliqua circa nos, vel circa phantasmatam nostram, vel circa aliquod corpus mouendo ipsum: & talis operatio Angelii licet sit ab intellectu eius, oportet, quod determinet sibi locum, sicut determinat sibi res illa, circa quam agit.

Ad tertium dicendum, quod missio diuinæ personæ potest sufficere ad quæcumque agenda, sicut & ipse Deus potest sic sufficere, quia persona diuina missa Deus est. Propter quod sicut Deus posset per se immediatè facere, tamen ut non sint superuacula opera sapientiae suæ, vult communicare suis creaturis, quod agant. sic licet persona diuina missa posset omnia facere, non tamen per talen missionem vult Deus actionem, & dignitatē tollere à creaturis suis: sed aliqua facit Deus,

Deus p. Angelos curat.

Deus, & diuina persona missa per se ipsam : alia per ministros suos, & per creaturas suas.

Ad quartum dicendum, quod cœlum Empyreum locus est pertinens ad dignitatem Angeli secundum congruitatem: non, quod aliquid recipiat Angelus ab huiusmodi cœlo, propter quod quando non est in huiusmodi cœlo Angelus, nihil deperit sibi. Congruum est enim, quod superiores spiritus, sicut sunt Angeli beati, sint in supremo corpore: cuiusmodi est cœlum Empyreum: propter tamen alias rationabiles causas iā superius tales aliqui de illis angelis mittuntur ad nos, ut ministrant nobis. quod cum sit, nihil deperit ipsis Angelis, quia non sunt minotis potentiae, nec debilioris contemplationis, cum sunt hic nobiscum, quam cum sunt in cœlo. Sicut ponitur familiare exemplum de Magistro in cathedra, quia congruum est ipsum esse in tali loco: tamen cum est extra cathedram nihil deperit ipso Magistro, quia cathedra nihil conserbat sibi.

Ad quintum dicendum, quod Angelis in suo ministerio principaliter ministrant Deo, quia in hoc exequuntur diuina mandatum: nobis autem non ministrant principaliter, sed secundario: ex qua ministracione non sunt propriè inferiores omnibus, quibus ministrant in aula regis, quia hoc non faciunt ad imperium eorum, sed ad imperium regis.

R E S O L V T I O .

Missione interiori Angeli mittuntur omnes : exteriori autem inferiores tantum.

Angeli an omnes mittuntur. D id autem, quod quærebatur: Vtrum omnes Angeli mittuntur: potest distinguiri de missione: quia, ut dicebatur, duplex est missio angeli. Vna cum mittitur vbi non erat. Alia, qua mittitur qualiter non erat, vel quod idem est, vna est missio angeli, qua mittitur exterius ad nos: alia quæ mittitur ad alios angelos. Cum enim mittitur exterius ad nos: mittitur vbi non erat, sed cum mittitur ad alios angelos: mittitur qualiter non erat: non est autem dubium, quod cum à cœlo veniunt angelii in terram, & operantur aliqua circa nos, vbi prius non operabantur, nec erant, quod talis aduentus Angelorum ad imperium diuinum factus potest dici missio. Nam quicquid mutat locum, vel quicunque pergit de loco ad locum ad imperium alterius, ille potest dici missus ab eo. sed cum unus angelus illuminat alium, vbi non oportet esse aliquam mutationem loci, dubium esse posset: Vtrum tale quid posset dici missio: sed, ut patuit, eo ipso, quod illam illuminationem operatur Deus in angelo inferiore per superiorrem, dicitur mittere angelum superiorum ad inferiorem: non quod mittat eum

A vbi non erat, sed qualiter non erat; quia cum prius non esset illuminans inferiorem: incipit postea sic esse illuminans. Cum ergo queritur: Vtrum omnes Angeli mittuntur, dici debet, quod nullus est, qui non mittatur altero istorum duorum modorum. Nullus est enim, qui non mittatur, vel ad nos, & vbi non erat: vel ad alios angelos, & qualiter non erat. Propter quod illud verbum Apostoli ad Hebr. Omnes sunt ad. ministratorij spiritus in ministerium missi: propter eos, qui capiunt hereditatem salutis: uno modo posset exponi de viroque modo missonis, quia nullus est, qui non mittatur aliquo istorum duorum modorum. & hoc propter salutem nostram, quia quod superiores illuminent inferiores de gubernatione mundi: hoc est propter salutem electorum. Sed licet haec sit quædā veritas: non tamen hoc querit proposita quæstio. Non enim querit de missione illa, quæ sit ad angelos, sed de missione exteriori, quæ sit ad nos. Vtrum secundum huiusmodi missiones exteriorem omnes mittantur.

Et quia videntur in hoc else contraria sententiae, quia in Daniele scribitur, quod aliqui ministrant, aliqui assistunt. Ad Hebr. dicitur: Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi. Ideo, ut habetur in littera, quidam has controverias concordare volentes, distinxerunt inter assistere, & mitti: ex officio, & ex suborta causa. Ex officio enim quidam sunt assistentes, quidam ministrantes, secundum quod dicitur in Dan. Sed ex suborta causa, ut aiunt, nullus est, qui non ministret: nullus est, qui non mittatur huic inferius, quantumcumque sit de supremo ordine. Nam ad Esai, ut habetur Esai, legitur missus unus de Seraphin, cum tamen ille sit ordo supremus. Et hoc modo secundum sic dicentes loquitur Apostolus: Omnes sunt in ministerium missi: non ex officio, sed ex suborta causa. Sicut videmus hic inferius, quod Reges, & Principes habent aliquos, quorum officium est discurrere, & voluntatem Regis alijs annunciare: nihilominus tamen ex aliqua causa suborta contingit aliquando, quod maiores de curia mittantur, & destinantur: immo etiam contingit aliquando ipsos Reges, & Principes ire ad locum aliquem: si sit negotium valde arduum. Sic, ut aiunt, est in proposito, quod ex officio mittuntur inferiores: ex suborta causa mittuntur aliquando quantumcumque superiores, propter valde arduum negotium mittuntur etiam ipsæ diuinæ personæ.

Sed haec positio non videtur rationabilis. Nā de missione Angelorum, quod mittuntur ad aliquod negotium hi, vel illi: non nisi triplex causa esse potest: videlicet ordo Angelorum: ipsi angelii, & nos, ad quos fit talis missio; Vel hoc ergo fit propter ordinem Angelorum missorum, vel propter ipsos angelos missos, vel propter nos, ad quos fit talis missio.

Propter ordinem quidem Angelorum missorum,

Angelis super primi cur ad homines nisi mittantur.

Aegid. super ij. Sent. Vu rum,

rum, non potest hoc contingere, quod ipsi supremi Angeli ad nos mittantur, quia hoc non est ordinem Angelorum statuere, sed magis est huiusmodi ordinem tollere. Nam lex, & ordo diuinitatis est, ut supra diximus, reducere infima in suprema per media. Cum ergo inferiores Angelii sint medij inter nos, & Angelos supremos, quod homines electi reducantur ad illam societatem Angelicam: hoc fieri non per superiores, sed per inferiores Angelos ad nos missos. In ipsis enim missionibus, quod mittantur isti, vel illi Angelii, causa est ordo, ut quod ad annuncianum minora mittantur angelii, ad annunciamum maiora Archangeli. Congruum enim est, quod sicut est ordo in negotijs: ita sit ordo in nuncijs, ut annunciations, & negociations minores fiant per Angelos, maiores per Archangelos: sed, quod ipsi supremi mittantur ad nos, & quod non sint aliqui ita supremi, qui ad nos non descendunt, non est Hierarchias, & ordines Angelorum statuere, sed magis est huiusmodi ordines confundere, non ergo huiusmodi causa, quod sic mittantur Angelii supremi, poterit esse ordo Angelorum missorum.

Nec etiam esse poterunt tali causa ipsi Angelii missi, ut dicatur, quod ideo mittuntur superiores, quia per inferiores tale quid fieri non potest, quia omnia haec ageta per Angelos fieri possunt per inferiores. Possunt enim aliqua fieri per diuinias personas, quæ non possunt fieri per Angelos, sed de his, quæ possunt fieri per Angelos: non oportet, quod mittuntur superiores. Videmus enim, quod unus Angelus mouet totam octauam sphæram, ubi sunt tot stellæ: quarum & qualibet dicitur esse maior tota terra. Cum ergo non fiant miliones Angelorum nisi propter elec-

* Stella que libet octauam sphæram est minor tota terra idem ferè S. pred. 2. q. 2 ar. 1. d. 10. q. 2 & d. 14. q. 3 art. 1.

* Terra habbitatio qua-
ria pars, &
minimam inde in pro-
logi idem infa-
dist. 1.

tos, & cum non & inhabitetur de terra, nisi quarta pars, nec illa etiam habitetur tota: modicum est illud: considerata Angelorum potentia, per quos fit talis missio. Rationale est enim, quod motores cœlorum sint inferiores angelii, quia semper infima supremorū attingunt suprema infimarū. Inferiores ergo Angelii attingunt superiora corpora, i. cœlos. Si ergo inferiores Angelii mouent ipsos cœlos: non oportet, considerata Angelorum potentia, quod ad agendum tam modicum quid, sicut id quod agitut circa nos, qui tam modicum de terra occupamus: quod mittuntur superiores Angelii. Probabile est eam, quod excellentiores sint angeli, qui mittuntur ad nos, quam qui sunt motores cœlorum. Nam motionem cœlorum poterimus reducere in ordinem naturæ, ut quod substantiae spirituales tanquam excellentes creaturæ: movent corpora supercœlestia tanquam excellentia corpora. Vnde & Philosophi nihil considerantes de ordine gratiæ, posuerunt intelligentias motrices orbium. Sed missio Angelorum ad nos reducitur in ordinem gratiæ, qui est excellētor, quam ordo naturæ. Ideo non est inconveniens, quod excellentiores sint Angeli, qui mittuntur

A ad nos, quam motores cœlorum: non tamen oportet, quod illi sint omnino supremi, quia hoc esset istum ordinem gratiæ pervertere, cum potissimum ordo gratiæ debeat ordinatè fieri, ut de his, quæ spectant ad ordinem gratiæ, & ad salutem electorum: superiores immediatè illuminantur à Deo, & hoc patefaciat in inferioribus medijs, & medijs missi ad nos, iuvant nos ad huiusmodi salutem consequendam. Ex parte ergo ordinis, ut dicebamus, non arguitur propositum, quod omnino superiores Angelii ad nos mittantur, nec etiam ex parte ipsorum Angelorum, ut quod ideo hoc fiat, quia non nisi per omnino superiores talia fieri possint, quia si quasi per omnino infimos Angelos etiam ipsi cœli mouentur: non oportet, quod sint omnino supremi, qui ad nos mittuntur Angelii, sed non de ordinibus omnino supremis. De quibus autem ordinibus omnino mittantur, & de quibus non: est per superioris habita declaratum.

B Sed sicut, nec ex parte ordinis, nec ex parte Angelorum missorum: potest accipi causa, quod omnino supremi angelii ad nos mittantur. Sic etiam non potest accipi talis causa ex parte nostra, ut dicamus hæc sic fieri, quia sic nobis expediat, ut sicut communiter ponitur, quod sunt miracula propter nos, & sic multoties præter consuetum cursum naturæ, ut nos ducamus in admirationem, & stuporem, & sic ducti facilius conuertamur, quia ordo naturæ est nobis notus, & ideo cum prætermittitur talis ordo statim ob stupescimus, & obstupefacti admiramur, & admirantes facilius conuertimur. Sed si missio Angelorum innuitur ordini gratiæ, ut propter elec-
tos, & propter consequendam gratiam in praesenti, & gloriam in futuro, & ut iuuemur, & manuducamur ad hæc habenda, fit ad nos missio Angelorum, si ordo debitus in talibus hoc requirit, quod mittuntur ad nos inferiores, non superiores: non oportet, quod propter nos mutetur huiusmodi ordo, ut quod mittuntur ad nos etiam ipsi superiores, ex qua missione admirantes, & obstupefacti facilius conuertamur, quia non est nobis sic nota missio Angelorum, sicut est nobis notus ordo naturæ. Immutatio ergo ordinis naturæ, sicut fit in miraculis, propter nos, ut admiremur, multoties facta est: sed cum nobis non sit nota missio Angelorum, non oportet, & propter admirationem nostram ordo huiusmodi immutetur.

R E S P. A D A R G. D V B. I.



D primum dicendum, quod Angelus missus ad Esai. secundum Dio-
fuit de inferioribus Angelis, sed ra-
tione officij dictus est Seraphin,
quia missus fuit ad incendenda labia Esai. &
Seraphin interpretatur incendens: ideo ratio-
ne operis, quod agebat, dictus est Seraphin,
idei incendens. Vel possumus dicere, & infe-
riores

Idem supra

riores Angeli agunt, quæ spectant ad salutem ele-
ctorum: prout de illis illuminantur à superiori-
bus, & quia hoc agunt in virtute superiorum:
ideo, quæ inferiores agunt, possunt superiori-
bus attribui. Angelus ergo, qui volauit ad Esai.
fuit de inferioribus Angelis. Dicitur tamen ad
Esai. volasse Seraphin, & opus quod fecit ille
Angelus inferior attributum est ipsi Seraphin,
quia ea, quæ sunt inferiorum, ut diximus, at-
tribui possunt superioribus, in quorum virtute
agunt.

Ad secundum dicendum, quod omnes sunt
administratorij spiritus in ministerium missi: lo-
quendo de missione exteriori, & interiori, siue
de missione, quæ fit ad Angelos, & ad nos.
Nam nulli sunt Angelii, qui non mittantur: quia,
vel mittuntur qualiter non erant, cum illumi-
nant inferiores Angelos, quos prius non illumi-
nabant: vel mittuntur, vbi non erant, cum mit-
tuntur huc inferius ad nos, ut nos iuuent ad con-
sequendam salutem nostram. Vel possumus di-
cere, quod cum dicit Apostolus: Omnes sunt
administratorij spiritus: non loquitur de om-
nibus Angelis simpliciter, sed de omnibus, qui
mittuntur huc ad nos, qui iuuant nos ad conse-
quendam hereditatem salutis nostræ, inter quos
Angelos computantur Angelii, per quos data est lex
vetus. Vult enim Apostolus, ut communiter po-
nitur, per illud verbum assignare excellentiam
legis nouæ, quæ data est per filium, ad legem ve-
terem, quæ data est non per Angelos assistentes,
sed per Angelos, qui mittuntur huc ad nos, qui
omnes sunt administratorij spiritus.

Ad tertium dicendum, quod diuinæ personæ
mittuntur non eodem modo sicut mittuntur An-
geli, quia non mittuntur vbi non erant, sed so-
lum qualiter non erant: non mittuntur per al-
iquam mutationem sui, sed solum per muta-
tionem eorum, ad quos mittuntur: ita, quod
nihil minoritatis, vel indignitatis est in persona
missa respectu non missæ: ita, quod filius in eo,
quod Deus, & etiam Spiritus sanctus, qui mit-
tuntur à Patre: in nullo sunt minores, vel indi-
gniores eo. Sed non sic est de Angelis, quia &
mittuntur, vbi non sunt. quod non est sine mu-
tatione eorum: & etiam cum mittuntur qualiter
non sunt, sit per aliquam mutationem facta
in eis: immo, cum nos loquamur de Angelis
ministrantibus, qui mittuntur, vbi non sunt;
hoc non sit sine mutatione facta in ipsis. & qui
tales sunt, non sunt tantæ dignitatis, sicut sunt
assistentes. Data est ergo differentia inter perso-
nas diuinæ, & Angelos. quia personæ diuinæ
non incipiunt esse vbi non erant, sed solum qua-
liter non erant, non per mutationem sui, sed
per mutationem aliorum. Angelii vero incipiunt
etiam esse, vbi non erant: non solum per mu-
tationem aliorum, sed etiam per mutationem
sui.

Sed si queratur: Vtrum personæ diuinæ pos-
sint incipere esse etiam, vbi non erant; Dici po-
test, quod personæ diuinæ, quantum ad res crea-

A tas cum sint vbiique: non possunt incipere esse,
vbi non erant, sed solum qualiter non erant.
Sed quantum ad res creandas, vt si de novo fieret
aliquid ex nihilo: & potissimum, si crearetur a-
liquid de novo per se existens: Hoc posito: in-
ciperent diuinæ personæ esse etiam vbi non erat,
quia in nihilo Deus esse non potest, cum ipsum
nihil non sit susceptivum alicuius influentia.
sed tamen si hoc esset, non fieret per mutationem
Dei, sed solum per mutationem creaturæ
de novo creatae: in quo semper diuinæ personæ
differunt ab Angelis, & ab omnibus creaturis,
quæ secundum, quod huiusmodi: possunt in-
cipere esse etiam, vbi non erant per mutationem
sui, sed de hoc in Prologo, quem faciemus super
tertio aliquid dicemus.

B Ad quartum dicendum, quod omnes dicun-
tur Angelii, & omnes dicuntur nuncij, quia om-
nes nunciant diuinam voluntatem: quia, vel ea
nunciant ipsis Angelis, quod faciunt superiores,
& assistentes: vel eam nunciant nobis, quod fa-
ciunt Angelii inferiores, & ministrantes.

Pollieetur
se scriptura
super 3 lib.
ient. & scri-
pserit, sed li-
ber integer
non inueni-
tar.

R E S O L V T I O.

*Angeli ministrantes à diuina contemplatione non
retardantur, cum contemplatio ipsa sit causa,
& ratio ministeriorum, quæ cum exer-
cent, in arte illa diuina con-
templantur.*

C  D id autem, quod querrebatur:
Vtrum Angelii ministrantes retar-
dentur à contemplatione Dei: Di-
cendum, quod, ut communiter po-
nitur, ministrantes in nullo retardantur à co-
templatione Dei. quia quando aliquid est ratio,
& causa alicuius operis, vel alicuius actus: illud
non impedit illum actum, immo simul stat cum
illo actu: vt si visio lucis est ratio visionis colo-
ris, visio lucis non impedit visionem coloris: im-
mo simul stat huiusmodi cū visione illius:
immo nisi esset lux perfusa coloribus: nullo mo-
do viderentur colores. Sic & in proposito: con-
templatio Dei est ratio, & causa ministeriorum,
quæ exercent Angelii hic inferius, quia secun-
dum, quod contemplantur in Deo, & sicut vi-
denter in illa arte diuina, sic agunt hic inferius.
Sed si in omnibus actionibus, vel in omnibus,
quæ hic inferius agunt, dirigerentur Angelii: so-
lum per ea, quæ contemplantur in Deo, & non
per ea, quæ cognoscunt in proprio genere, suffi-
cientis esset hæc communis responsio. Nam si quis
ad hoc opus, quod est scribere, dirigitur per vi-
sum: nullo modo bene argueret, qui diceret,
quod non possumus simul videre, & scribere:
immo cum scribimus, oportet, quod simul, &
videamus, cum nō scribamus, nisi videndo. Sic &
si in cantu dirigimus p auditum discernendo no-
tas: oportet, q̄ & canēdo utramur auditu, quo iu-
dicemus de notis. Ita & in proposito: si nō diri-
gitur Aegid. super ij. Sent. Vu 2 guntur

guntur Angeli in suis ministerijs nisi per ea, quæ cernuntur in diuina arte: oportet, quod simul videant artem illam, cum ministrant. Sed, ut iam testigimus, multa agunt Angeli circa custodiam nostram, ad quæ diriguntur per ea, quæ cernunt in proprio genere. Nam ut infra patebit: inter

Angelorum pugna tem- per est ad voluta ea Dei adim- plendā. Vi- de Oloioth. 2. sent. q. 4. ad 7. arg. dē fūsūs iusta d. 2. art. vlt.

Angelos ipsos est pugna, quia ut habentur in Dan. Princeps Persarum restituit Angelo Gabrieli, qui volebat liberationem Iudæorum 21. diebus, per si ea, quæ volebat Gabriel Princeps Iudæorum, & alius Angelus Princeps Persarum: fuissent visa in una, & eadem arte: non obuiassent sibi innicem, nec unus restitisset alteri: & ideo, ut infra patebit, dicere possumus, quod quilibet Angelus bonus vult adimplere voluntatem Dei, sed non semper est eis nota diuina voluntas, nec semper vident in illa diuina arte, quid Deus velit. ideo cum rationabiliter per ea, quæ vident in Deo, vel per ea, quæ vident in proprio genere, possunt aliqua conjecturari de diuina voluntate, sic excent opera sua, ut Princeps Persarum impeditiebat liberationem Iudæorum, quia fortè tunc multi erant mali inter Iudeos, & ex hoc dicebat intellectus eius, quod non essent digni liberatione. Vel fortè, quia videbat, quod per moram Iudæorum inter gentes Persarum, Gens Persarum incitabatur ad bonum, nolebat liberationem Iudæorum. Econtra autem, quia Gabriel videbat inter Iudeos, multos esse bonos, & quia videbat, quod dignum erat, orationes Danielis exaudiri, qui orabat pro tali liberatione, volebat liberationem ipsum. Vterque ergo in his, quæ agebat, aliqualiter dirigebatur proprio motu: ideo poterant esse discordes, & fuerunt discordes: donec in ipsa arte diuina videntur, quid esset agendum, & donec Deus reuelavit eis voluntatem suam de liberatione Iudæorum. Si ergo in his, quæ agunt circa nostram custodiam aliquando diriguntur angeli proprio motu: non est sufficiens communis ratio, quod ideo angeli à contemplatione Dei non retardantur cum ministrant nobis. quia illa contemplatio est causa, ratio, & exemplar ministeriorum, quæ agunt. quia, ut patet in multis eorum actionibus, aliquando diriguntur proprio motu. Ideo si plenè volumus videre: Vtrum ministrando retardentur à diuina contemplatione, videntur: Vtrum cum diriguntur proprio motu, & com agunt per ea, quæ cognoscunt in proprio genere, retardentur à diuina contemplatione. Quod Augustinus 4. super Genes. ad literam planè determinat, volens quod angeli simul contemplentur æternitatem Creatoris, & simul in proprio genere cognoscant creaturem, & simul ex hoc surgant in laudem Creatoris. Vnde ait, quod simul hoc totum faciunt, simul habent diem, i. meridiem, simul habent vesperam, & mane. Simul enim habent Angeli cognitionem Meridianam, siue Diurnam: prout cognoscunt res in verbo: & cognitionem Vespertinam, prout cognoscunt res in proprio genere: & Matutinam, prout ex hoc surgunt in laudem Creato-

A ris. In nullo enim unum impedit aliud: immo unum iuvat ad aliud. Nisi enim cognoscerent res in proprio genere, & non haberetet intellectum plenum formis: nunquam cognoscerent res in verbo: & per ea, quæ cognoscunt in verbo, in nullo impediuntur à cognitione eorum, quæ cognoscunt in proprio genere: immo talia clarius vident in verbo, quia ut Augustinus ait 1. de Ciuitate Dei, Angelii ipsam creaturam, ac etiam seipsos melius vident in sapientia Dei, tanquam in arte, qua facta est, quam in ipsa creatura, vel in seipsis, i. quam in proprio genere. Dato ergo, per ea, quæ vident in proprio genere: mouentur ad agendum aliquid: non tamen propter hoc eorum actiones, & ministeria impedit contemplationem Dei, quia simul stat visio in proprio genere: prout ea, quæ vident in proprio genere, clarius vident in ipso Deo.

Tomo 5.
cap. 29.

Advertendum tamen, quod ratio facta non sufficienter concludit, quod in omnibus suis ministerijs non regulentur Angeli per contemplationem Dei. Nam si mouentur proprio motu ad aliquid agendum: ille proprius motus innititur alicui visioni. Nam ideo mouentur ad sic agendum, quia aliquid vident, seu aliquid contemplantur: unde rationabiliter conjecturant, quod sit voluntas Dei, quod ita debeant agere. Sed si dicatur, quod cum mouentur proprio motu: hoc sit per ea, quæ vident in proprio genere. Dicemus, quod illa eadem, quæ vident in proprio genere, clarius & avertius vident in Deo. Si ergo ad sic agendum regulantur per ea, quæ vident in proprio genere: multo magis regulantur per ea, quæ vident in Deo: & quia vitro modo vident, & vitro modo aliqualiter mouentur ad operandum, & ad agendum: ideo non est supervacuum videre: Vtrum ministrando retardentur à tali contemplatione, prout in eorum ministerijs aliqualiter diriguntur, vel prout eorum ministeria vident, & cernunt per ea, quæ cognoscunt in proprio genere, quod est querere: vtrum visio in proprio genere in aliquo retardet, vel impedit contemplationem in verbo.

C

Possumus autem tripliciter declarare, has visiones in nullo se inuicem impedire: prout huiusmodi visiones ad tria comparari possunt: vel ad ipsum subiectum, in quo sunt, ut ad angelum: vel ad seipsum, vel ad suas radices, & ad ea, quibus innituntur: ut quia una innititur naturæ, altera gratiæ.

D

Primum autem sic patet: Nam Angelus in vtraque visione non similiter se habet, quia in visione in proprio genere se habet, ut agens: sed in visione in verbo magis se habet, ut quid patiens. in visione etiam in proprio genere se habet intentio Angelii, ut præueniens, saltem natura: in visione in verbo magis, ut cōcomitans. Imaginabimur enim, quod in visione in proprio genere Angelus habet species apud se. Et fin intentionem voluntatis nunc se conuerit super hanc speciem, nuc super illa: & sicut se conuerit, sic intelligit.

Angelus nō
codem mo-
do res in p-
prio gene-
re, & in ve-
bo: cogno-
scit.

telligit, habet se ergo Angelus in tali intellectione, ut agens, prout per intentionem voluntatis nunc se conuertit super hanc spēm, nunc super illā : & sicut se conuertit, sic intelligit. Ista etiā intentione voluntatis in tali intellectione se habet, ut praeueniens saltem natura; prout intelligitur Angelus prius per intentionem voluntatis se conuertere super speciem aliquam, quā, q̄ intelligat per illam, sic ergo intelligit Angelus res in proprio genere. Sed cum intelligit res in Deo, vel cum intelligit ipsum Deum, non se habet sicut agens, sed magis sicut patiens; & sua intentio non se habet, ut praeueniens: sed magis, ut concomitans. Imaginabitur enim, quod ipsa essentia diuina existens in Angelo: causat visionē sui ipsius in intellectu eius. Non enim est, quod Angelus per intentionem voluntatis tribuat aliquā actualitatem essentiae diuinæ, & quod sic per intentionem voluntatis se conuertat super essentiam diuinam; ut intelligat eam, sicut se conuertit super speciem, ut intelligat per ipsam. Sed Deus ab initio creationis Angelorū semper fuit intimus Angelis, nō tamen in sui initio Angeli viderunt Deum per essentiam, quia non habuerunt intellectum sufficienter dispositum, quod posset suscipere actionem illam diuinæ essentiae, quæ est ius visio, sed Deus in Angelis bonis dispositus, & preparauit eorum intellectum ad suscipiendā iūiūmodi actionem; & causauit, & continuè ausat intellectiōnem, & visionem sui ipsius in intellectu eorum. quia ergo visio Dei innititū actioni Dei: prout Deus causat visionem sui ipsius in intellectu Angelis; visio autem in proprio genere innititur actioni ipsius Angelis: prout Angelus nunc se conuertit super hanc speciem, nūc supet illam: ideo tales actiones se non impediū.. quia cum Angelus agit actionem suam, non impeditur Deus, quia possit agere suam: vel cū Angelus agit actionem suam, vel cum est agens respectu sui, non impeditur, quin possit esse patiens respectu Dei. In actione ergo Angelis, ut dicebamus: prout intelligit res in proprio genere: intentione voluntatis eius se habet, ut praeueniens, sed in visione Dei magis se habet, ut concomitans, & vi consequens: prout Deo imprimente visionem sui ipsius in intellectu Angelis, Angelus est intentus, & attentus ad visionem illam, & complacet sibi in ea. Sibene ergo consideretur, secundum quem modum sunt in Angelo istae visiones. pater eas non habere repugnantiam ad inuicem: immo aliquid simile virique visioni in uenimus in cognitione secundum proprium genus. Nam Angelus ait cognoscit se; aliter cognoscit alia, quamvis tam cognitio sui, quamvis alterum dicatur esse secundum propriū genus. Nam & se engnoscit, prout essentia sua est praesens intellectus suo, & causat intellectiōnem sui ipsius in eo. Ideo ab ipso intelligere nūquā cessat, quia semper sua essentia est sic praesens suo intellectui, & semper est sic causans huiusmodi actionem. Sed alia à se cognoscit, prout se conuertit supra species eorum. Ab huiusmodi au-

Angelus
quō se, &
alia simul co-
gnoscit.

A tem intelligere aliquando cessat Angelus, quia prout intelligit aliqua per aliquam speciem: protest cestare ab illa intellectione, conuertendo se super aliam speciem. In intelligere ergo per sp̄ciem aliquam, intentione Angelis est praeueniens: intelligere se per essentiam, intentione Angelis est quasi concomitans, & quasi causans, prout essentia Angelis causat intellectiōnem sui ipsius in intellectu eius. Angelus n. est attēsus, & intēsus ad intellectiōnem illam, & com placet sibi in ea. Sicut ergo hæ duæ intellectiones se compatiuntur, quia simul intelligit Angelus se per essentiam, & alia per speciem, sic illæ duæ visiones simul stantes in nullo se impediunt, quia simul intelligit Angelus res in verbo, & in proprio genere.

B Sed dicet aliquis, quod simul potest stare dubitatio. visio rerum in verbis, & visio rerū per sp̄ces, quia vna est per essentiam verbi, alia est per species rerū. Sed visio rerum in verbo, vel visio ipsius Dei, & visio Angelis, prout videt, & cognoscit se, simul stare nō potest, quia vtraq; est per essentiam rei in se; nam Angelus videt Deum per essentiam Dei, & cognoscit se per essentiam sui: & quia istæ visiones eodem modo se habere videntur; vna erit impenitiva alterius.

C Sed dicemus has actiones esse à diuersis agentibus, & esse alias, & alias: nec est inconveniens; vnum, & idē patiens ab alio, & alio agente simul pati aliam, & aliam actionem: vt aer simul calcet ab igne, & illuminatur à Sole: & si de ipsa illuminatione vellemus loqui: vnu, & idē aer à diuersis luminibus simul aliam, & aliam illuminationem suscipit. Sic & essentia Dei imprimit intellectiōnem suam in intellectu angelī, & essentia angelī simul imprimit intellectiōnem suā in eodem intellectu: & etiam intentione voluntatis mediante specie, supra quam se conuertit: intellectiōnem rerum imprimit in tali intellectu: & hæ intellectiones, quia sunt varia, & diversa, & sunt causatae à diuersis agentibus, ideo repugnantiam ad inuicem non habent.

D Secundo huiusmodi intellectiones possunt comparari ad seiphas, secundum quam comparationem magnā diuersitatē habēt: & quia in uno, & eodem subiecto nō possunt esse plura eiusdem rationis. Sed nō est in cōueniens esse ibi plura diuersa rationē: iō h̄mōi intellectiones, & visiones, nec obuiant sibi, nec habent repugnantiam ratione intentionis voluntatis: cum intentione voluntatis non se habeat ibi eodem modo, nec ratione agentium, cum siant à pluribus agentibus, nec etiam habent repugnatiam ad inuicē ratione sui, quia possint esse simul in eodem subiecto, quia cū sint diuersarum rationum, simul in eodem subiecto esse possunt.

E Tercio possunt h̄mōi visiones comparari ad tuas radices, & ad ea, quibus innituntur, quia visio rerū à verbo innititur gratia; visio in proprio genere innititur naturae. Sicut ergo gratia non repugnat naturae, sed stat simul cum natura, & perficit naturam: sic visio rerum in verbo non repugnat visioni in proprio genere,

Aegid. super ij. Sent. V u 3 sed

sed constat simul cum tali visione, & potest dici perfectio huiusmodi visionis: prout illas easdem res, quas vident Angeli in proprio genere; perfectiori modo vident in verbo. Angeli ergo in ministrando nobis, & in agendo circa nos opera, si regulantur circa talia opera per contemplationem, quam habent in verbo: non impediuntur a tali contemplatione: sicut ministrando non impediuntur a tali contemplatione: immo non possent ministrare, nisi contemplarentur, sicut possebatur exemplum, quia non possumus scribere nisi regulemur per visum: ideo cum scribimus, oportet nos continuè videre. Si vero quis dicat, quod in talibus actionibus regulatur Angeli per ea, quae vident in proprio genere, ex hoc non oportet Angelos sic agendo, & ministrando impediri a contemplatione Dei, quia visio in proprio genere in nullo impedit contemplationem Dei,

R E S P. A D A R G. D Y B. I I.

AD prium dicendum, quod non est simile de Angelis, & de nobis, quia nos non intelligimus, nisi uno modo: conuertendo nos ad phantasmaria, sed Angelus aliter intelligit creaturas, quia intelligit eas per speciem: aliter se, quia per essentiam propriaem: aliter Deum, quia per essentiam Dei: Ideo in Angelis una huiusmodi intellectio non impedit aliam, sed simul intelligit Deum per essentiam Dei, & se per essentiam propriaem, & alia per speciem. Dato ergo, quod in ministrando regularetur per ea, quae cognoscit in proprio genere: non propter hoc retrahetur a contemplatione Dei. Vel possumus dicere, quod omnia, quae videt Angelus in proprio genere, clarius videt in diuina Sapientia: ideo in omnibus suis agendis potissimum regulatur per diuinam Sapientiam. Sicut ergo cum homines per artē aliquid agunt, simul contemplantur in arte regulas agendōrum, & per illas agunt, vel simul contemplantur huiusmodi regulas, & opus, quod faciunt per ipsas. cum unum sit ratio alterius. Sic multo magis: & Angelis, simul contemplabuntur regulas agendorum in diuina Sapientia, & cognoscere ea, quae sunt ab eis agenda, & operabuntur illa.

Ad secundum dicendum, quod, ut diximus, Angelus in cognitione Dei, & in contemplatione eius magis se habet per modum receptionis, quam actionis. Sicut enim Luna simul recipit lumen Solis, & ex huiusmodi lumine recepto illuminat alia, & agit in alia: sic & Angeli simul possunt contemplari Deum, & recipere lumen diuinum, & possunt illuminate nos, & agere circa nos.

Ad tertium dicendum, quod Angelus agendo; & ministrando, non impeditur a contemplatione, quia contemplatio est ratio agendi, & ministrandi: sed intendere per sensum circa agibilia non est in nobis ratione contemplandi; immo est magis ratio a contemplatione distrahendi. Vbi autem unum esset ratio alterius, simul staret unum cum alio.

Quæst III.

Q VÆ S T I O III.

De Angelorum locutione.



I R C A tertium autem i circa locutionem Angelorum primo queritur: Vtrum idem sit locutio Angelis, & cogitatio.

A R T I C. I.

An Angelorum locutio, & cogitatio sint idem. Conclusio est negativa.

Aegid. de cogn. Ang. q. 12. D. Bon. d. 10. art. 3. q. 1.
Brul. d. 10. q. 5. Holkoth. 2. sent. q. 4.



T videtur, quod sic, quia hoc est loqui: verba formare, & exprimere. Sicut ergo nos corporaliter loquimur per verba corporalia; ita Angeli intellectualiter loquuntur per verba intellectualia. Sed tunc Angelis verba intellectualia formant, cum actu cogitant. Ipsa ergo eorum cogitatio est eorum locutio.

Præterea Augustinus 15. de Trin. ait, quod nos dicimus locutiones cordis esse cogitationes.

Præterea: idem eodem libro, & capitulo expones illud Euāgelistij: Cogitabat intra se, dicens. cōclu dit ex hoc, quod cogitationes cordis locutiones sunt. Si ergo secundum intellectum nostrum locutiones intellectuales sunt ipsæ cogitationes: Angelus qui intellectualiter loquitur: locutiones eius erunt ipsæ cogitationes.

Præterea Aug. 15. de Trin. ait, q. verbum nostrum internum, quod non habet sonum, & ad non est alicuius linguae: potissimum est simile verbo diuino, sed Deus intellectualiter loquens sicut verbo dicit, quicquid dicit: ergo & nos cum intellectualiter loquimur verbis nostris in intellectu formatis dicimus, quicquid dicimus: paratio ne. & Angelis, qui intellectualiter loquuntur hoc modo dicunt, quicquid dicunt: sed, ut tactum est, huiusmodi verba formare est idem, quod cogitare: ergo, &c.

I N C O N T R A R I V M est, quia cum unus Angelus non videat cogitationes alterius; percipiat autem eius locutiones; ergo, &c.

Præterea locutiones nostræ sunt manifestationes, & expressiones cogitationum: ergo & in Angelis locutiones non erunt ipsæ cogitationes, sed erunt expressiones, & manifestationes cogitationum.

Tomo 5.
cap. 10.
Locutiones
dis, quæ.

Tomo 5.
cap. 14.

Artic.

I.

479

Dub. I. Lateralis.

An Angelorum locutio, & illuminatio sint idem.

Conclusio est negativa.

D. Tho. 1. p. q. 107. artic. 2. Tho. Arg. dist. 9. quæst. 1. artic. 4.



L T E R I V S autem quæritur circa locutionem spiritualem, siue circa locutionem spirituū; Vtrum huiusmodi locutio sit idem, quod illuminatio. Et vñ quod sic, quia Grego. 2. Mor. dicit, q[uod] loquitur Deus ad Angelos Sanctos, eo, q[uod] eorum cordibus occulta sua inuisibilia ostendit, & quid agere debeant in ipsa contemplatione veritatis legunt, sed sic loqui est Angelos illuminare. Ergo diuina locutio est quædam illuminatio. Pari ergo mō hoc erit in Angelis, q[uod] locutio vnius angelii ad alios erit aliorū illuminatio.

Præterea Dio. 10. c. de cœlesti Hierarchia, ait, q[uod] clamare Angelum ad Angelum est, quoniam sanctas Theorias, idest sanctas illuminationes primi secundis tradunt. Ipsum ergo clamare, & ipsum loqui Angelorum, vt patet per Dio, ad illuminationem referri debet.

Præterea Glo. super illo verbo 1. ad Corint. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum, ait q[uod] lingue Angelorum sunt, quibus Angeli præpositi signant minoribus, q[uod] de Dei voluntate sentiunt, sed hoc est illuminate eos, ergo &c.

I N C O N T R A R I V M est, quia non solum superiores Angeli loquuntur inferioribus, sed & inferiores loquuntur superioribus. Unde quod dictum est in Esai. Quis est iste, qui venit de Edom, secundum Dio. 7. de ange. Hierar. fuit vox inferiorum Angelorum ad superiores Angelos. Si ergo inferiores loquuntur superioribus: cum non illuminent superiores, non erit idem locutio, quod illuminatio.

Præterea pōt quis loqui alteri, quæ nota sunt ei, sed sic loquendo, nō illuminabit eum, ergo &c

Dub. II. Lateralis.

An Angelus alteri loqui possit, aliis non percipientibus.

Conclusio est affirmativa.

D. Th. 1. p. q. 107. art. 5. Et 2. sent. d. 11. art. 3. Et de Ver. q. 9. art. 4. 5. & 7. Ric. d. 9. q. 3.

L T E R I V S autem quæritur circa locutionem; Vtrum vñus Angelus possit loqui alteri, absque eo, q[uod] omnes alij sciant, & intelligant locutionem illam. Et videtur, q[uod] non, quia secundum Grego. 2. Mora, differen-

A tia est inter locutionem nostrā, & locutionē spirituum, quia non habemus obstaculum corpus, & ideo secretum nostræ mentis alienis oculis, quasi post parietem corporis stat, nisi ergo esset obstaculum corporis, vt videtur ibi innuere Grego. quilibet in alterius mente legeret, q[uod] ibi esset: & quia tale obstaculum non habeat Angelii, quilibet Angelus potest legere locutiones, quas format alius. Non ergo potest virus Angelus loqui alij Angelo, nisi loquatur omnibus Angelis.

Præterea secunda causa, quare homo potest loqui vni homini, quod non solum loquitur alij, est non solum quia obstaculum corporis impedire, ne alius videat locutiones mentis, nisi quatenus vult ei reuelare, sed etiam est huiusmodi causa localis distantia. Vnde sicut homo loquitur vni, & non alij, quia reuelat secretum suum vni, & non alij. Sic potest loqui vni, & non alij, quia non sic localiter distat ab uno sicut ab alio. Sed cu[m] locutiones Angelorum sint abstractæ ab hic, & nunc; localis distantia non poterit locutiones illas impeditre. Non ergo poterit unus Angelus loqui alij, nisi loquatur omnibus Angelis.

Præterea tertia causa, q[uod] homo loquitur vni homini, & non alij, potest sumi ex ipsa attentione, quia ad locutionem suam est attentus, & intentus unus, & nō alius, sed Angeli semper sunt intenti, & intenti ad omnia, quæ sunt, Omnes ergo angelii percipient locutionem cuiuslibet Angelii.

I N C O N T R A R I V M est, quia nō est potentior homo, quam Angelus. sed potest homo loqui alteri homini absque eo, q[uod] percipiat homo alius, ergo multo magis hoc poterit Angelus,

Dub. III. Lateralis.

An Angelus loquatur Deo. Conclusio est affirmativa.

D. Tho. 4. p. q. 107. art. 3. Et Iob. 4. Alber. magn. de locut. Aug. dist. 9. art. 9.

L T E R I V S queritur de eis, quibus loquitur Angelus, & primo queritur; Vtrum Angelus loquatut Deo. Et videtur, quod non, quia loqui est alij alij alteri manifestare; sed Deo omnia sunt manifesta; ita, q[uod] nihil pōt sibi aliquis manifestare; & per consequens nullus sibi loquitur.

I N C O N T R A R I V M est, quia dicimus de Deo, q[uod] ei omne copat, & sibi omnis voluntas loquitur. Et Iob 1. scribitur, q[uod] Sathan respondit Deo, & p[ro] consequens locutus est Deo. Si ergo omnis voluntas loquitur Deo: consequens est, q[uod] Angelii loquantur Deo;

& si malus Angelus loquitur Deo, multo magis loquitur ei bonus.

Dub.